
3 1761 07469158 5


UNIVERSITY OF TORONTO
VELUT ARBOR ÆVO

ARTICULI

Ecclesiae Anglicanae

TEXTIBUS SACRÆ SCRIPTURÆ

ET PATRUM PRIMÆVORUM TESTIMONIIS CONFIRMATI,

BREVIBUSQUE NOTIS ILLUSTRATI.

ADJECTIS INSUPER

NOMINIBUS AUCTORUM LOCISQUE

IN QUIBUS DOCTRINA IN ARTICULIS CONTENTA

FUSIUS EXPLICATUR.

—o—

AUCTORE EDVARDO WELCHMAN,

ARCHIDIACONO CARDIGAN.

ET COLL. MERTON. QUONDAM SOCIO.

In usum Juventutis Academicae.

EDITIO NOVA.

APPENDICIS LOCO NUNC PRIMUM ADJICIUNTUR

CATECHISMUS EDVARDI VI.

ET ARTICULI A. D. 1552. APPROBATI.

CANTABRIGIÆ

Typis Academicis excudit J. Smith,

SUMPTIBUS J. DEIGHTON ET FILIORUM.

VENEUNT LONDINI APUD F. C. & J. RIVINGTON, ET

G. & W. B. WHITTAKER.

M.DCCC.XIX

ARTICULI

ECCLESIÆ ANGLICANÆ

TEXTIBUS SCRIPTURÆ CONFIRMATI

ET

PATRUM TESTIMONIIS

BREVIBUSQUE NOTIS

ILLUSTRATI.

DIGNISSIMO VIRO

THOMÆ ARCHER, *Armigero*,

DIGNISSIMI ITIDEM VIRI

ANDREÆ ARCHER *Armigeri*

FILIO NATU MAXIMO

IN SUPREMIS

MAGNÆ BRITANNIÆ COMITIIS SENATORI,

UTI ET PATER OLIM,

INTEGERRIMO PATRONO SUO

PLURIMUM COLENDO

LIBRUM HUNC D. D. D. Q.

GRATITUDINIS ERGO

EDVARDUS WELCHMAN.

MONITUM LECTORI.

Quo facilius intelligat lector quibus potissimum fundamentis innititur Ecclesia Anglicana, loca Scripturæ Sacræ, in prioribus hujusce operis editionibus summatim tantummodo recensita, ad verbum excerpsimus; nec non ad calcem uniuscujusque Articuli apposuimus. Quin et in usum Juniorum, Catechismum qui vocatur Edvardi Sexti, haud parum lucis in explicandis Articulis præbiturum, operi ipsi subjungere visum est. Postea vero quam statueramus Articulos illos vetustiores qui Catechismum eundem sunt olim comitati minime esse omittendos, tum demum Articulos quoque quos hodie sancitos habemus in pagina proxima, comparationis gratia, recudendos esse judicavimus.

AUCTORES

IN HOC OPERE LAUDATI.



Pearson —Exposition of the Creed.
Stillingfleet —Origines Sacræ.
——— —On the Sufferings of Christ.
——— —On the Doctrine of the Trinity.
——— —Idolatry of the Church of Rome.
Wilkins —On Natural Religion.
Grotius —De Veritate Religionis Christianæ.
——— —De Satisfactione Christi.
Sherlock — On Providence.
———On Future Judgment.
Whole Duty of Man, Art of Contentment, Lively Oracles } incerti Auctoris.
Hooker —Ecclesiastical Polity.
Ray —Wisdom of God in Works of Creation.
Scott —Christian Life.
Nowell —Catechismus.
Jewel —Opera.
Prideaux —Fasciculus Controversiarum.
Nelson —Companion for Fasts and Festivals.
Cosin —On Canon of Scripture.
Bull —Defensio Fidei Nicænæ.
——— —Judicium Ecclesiæ Catholicæ.
Tillotson —Sermons.
Cave —Historia Literaria..
——— —Discourse of Church Government.
Outram —De Sacrificiis.
Lloyd —Historical Account of Church Government.
Stanhope —Sermon on 2 Tim. iii. 16, 17.
Hammond —Practical Catechism.
——— —Discourse of Schism.
Hall —Opera.
Claget —Sermons.
Burscough —Discourse of Schism.

Abbot —Defence of Perkins.
Buckeridge —On kneeling at Communion.
Field —Of the Church.
Wall —History of Infant Baptism.
—— —Conference.
Sanderson —Sermons.
———— —De Obligatione Juramenti.
Patrick —Answer to the Touchstone of Reformed Gospel.
Mason —De Ministerio Anglicano.
——— —Authority of the Church.
Kettlewell —Measures of Obedience.
Goodman —Penitent Pardoned.
Chillingworth —Religion of Protestants.
Potter —On Church Government.
Bilson—On Christian Subjection.
Andrews —Sermons.
Blackhall —Sermons at Boyle's Lecture.
———— —Sermon on James ii. 24.
Walker —On Infant Baptism.
Discourse of Communion in one kind, 1687.
Treatise of the Celibacy of the Clergy, 1688.
Whitgift —Defence of Answer to the Admonition.
Vindication of Ordinations of Church of England, 1688.
Bedel —Life and Letters.
Book of Homilies.
Book of Canons.
Book of Common Prayer.

AD LECTOREM

PRÆFATIO AUCTORIS.

En tibi, mi Juvenis carissime, Articulos Fidei et Religionis, quibus jamdudum Matriculæ Universitatis inserendus pro more subscripsisti, iterum iterumque, si Deus dederit, subscripturus. Quod ut cum Judicio in posterum facias expectat alma Mater Academia; et, si Sacros aliquando Ordines ambieris, cum Eruditione etiam Sancta Mater Ecclesia. Utcunque sit, Articulis hisce te operam dare oportet, nisi iis subscribere quæ parum intelligis libeat, quod ingenui non est animi. At memineris quæso implicitam fidem ab Ecclesia Anglicana improbari. Ut tibi igitur hac ex parte quodammodo inservirem, Articulos edere visum est congruentibus Sacræ Scripturæ Textibus munitos; et notulas quasdam subjicere, in quibus summa tantum rerum capita attigi. Lectorem qui plura desiderabit ad clarissimos Ecclesiæ nostræ Theologos, qui loca quævis fusius tractarunt, remitto.

feras, et propria manu exscribens memoriæ penitus infigas. Si ullum tibi sit proficiendi studium, opellam hanc tam utilem, tam necessariam minime detrectabis: Ego sane eam tibi præreptam nequaquam vellem*.

Quamvis autem Articulos Sacræ Scripturæ textibus confirmasse revera sufficiat, et humana testimonia supervacua sint ubi suppetunt divina; quoniam vero de liquidissimis Sacræ Scripturæ textibus lites moveant profani ac nugaces homines, et nos Scripturas in perniciem nostram detorquere asserant Romanenses, aliique Hæretici: Patrum etiam antiquissimorum testimonia singulis Articulis subjungere visum est, ut manifestum sit Ecclesiam Anglicanam una cum iis de Religione sentire, eandemque doctrinam nunc temporis tueri quam olim primæva Ecclesia. Habes igitur, mi Juvenis, Patres trium primorum Sæculorum Articulis nostris suffragantes; unico *Augustino*, ubi hi deficerent, in subsidium semel vocato, idque in re parum controversa. Cæteros sequioris ævi consulto omisi, quoniam id solum mihi erat propositum, Ecclesiæ nostræ doctrinam antiquissimam, purissimam itidem, et revera Christianam, probare; quod et ex allatis Testimoniis me satis abundanter

* Attamen in hac nova Editione Textus ipsos ad verbum imprimendos curavimus. Quod quidem si minus recte factum fuerit, in culpa habeatur Editor.

fecisse plurimum confido. Multa quidem alia eodem spectantia in promptu habeo; ista autem impræsentiarum missa facio, tibi ipsi, uti spes est, olim colligenda. In Veterum lectione quo magis versaberis, eo magis tibi cordi erit Ecclesia Anglicana.

Unum adhuc restat de quo te moneam, nempe librum hunc Articulorum publica auctoritate editum sancitumque esse *ad tollendam Opinionum Dissentionem, et Consensum in vera Religione firmandum.* Unde ab istorum hominum errore, ne dicam fraude, caveas oportet, ex quorum sententia Articulis his subscribere licet etiam ab eisdem dissentientibus. Sunt enim qui hos Articulos *Pacis* tantum esse volunt, ideo nimirum ut subscribentes non iis consentire, sed tantum non palam contradicere obligentur. Ast editi sunt, ad tollendam *Opinionum* æque ac Sermonum *dissentionem*; ad *consensum* in vera Religione firmandum, non tantum ad dissentientium ora obturanda. Alii porro aiunt quod Articulis his ex privata Interpretatione subscribere liceat, vel contra receptam definitamque Ecclesiæ *Sententiam.* Quibus autem vinculis constringendi sunt nebulones hi, fallaces adeo, et tam lubricæ fidei, juxta quos vel *Pii IV.* Symbolo, vel etiam *Muhammedis* Alcorano subscribere licet? Proinde scias unumquemque Articulis his subscribentem Doctrinam in iisdem contentam palam ap-

probare; eosque * *omnes ac singulos, in litterali grammaticoque sensu acceptos, Verbo Dei consentaneos esse* manu sua affirmare. Qui aliter sentiens subscribit, impudenter mentitur; non probum Christianum sed improbum Jesuitam agit; debitas tantæ perfidiæ pœnas aliquando luiturus.

* Vide Declarationem Regiam Articulis præfixam, et Canonem xxxvi.

XXXIX

ARTICULI

ECCLESIÆ ANGLICANÆ

TEXTIBUS E SACRA SCRIPTURA

DEPROMPTIS CONFIRMATI,

BREVIBUSQUE NOTIS ILLUSTRATI.



Articulus I.

De Fide in Sacrosanctam Trinitatem.

Unus est vivus, et verus Deus, æternus, incorporeus, impartibilis, impassibilis, immensæ potentiæ, sapientiæ ac bonitatis, creator et conservator omnium, tum visibilium, tum invisibilium. Et in unitate hujus divinæ naturæ, tres sunt Personæ, ejusdem essentiæ, potentiæ ac æternitatis, Pater, Filius, et Spiritus Sanctus.

Deus est.] Ὁι οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. *Ps.* xix. 1.—Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ (sc. τοῦ Θεοῦ) ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥτε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης· εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους· Διότι γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν. *Rom.* i. 20, 21.

Unus.] Ἄκουε Ἰσραὴλ, κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, κύριος εἷς ἐστι. *Deut.* vi. 4. *Marc.* xii. 29.—Ὅυτως λέγει ὁ θεὸς ὁ βασιλεὺς Ἰσραὴλ, πλὴν ἐμοῦ οὐκ ἔστι θεός. *Is.* xliv. 6.—Ἐπείπερ εἷς ὁ Θεός. *Rom.* iii. 30.—Οἴδαμεν ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ, καὶ ὅτι οὐδεὶς Θεὸς ἕτερος εἰ μὴ εἷς. 1 *Cor.* viii. 4.—Ὁ δὲ Θεὸς, εἷς ἐστιν. *Gal.* iii. 20.—Εἷς γὰρ Θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. 1 *Tim.* ii. 5. —Τὸν μόνον δεσπότην Θεόν. *Jud.* 4.

Vivus et Verus.] Ὁ πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ. *Joh.* v. 26. —Αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν. *Joh.* xvii. 3.—Ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν Θεὸν τὸν ζῶντα, ὃς ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. *Act.* xiv. 15.—Δουλεύειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ· 1 *Thess.* i. 9.

Æternus.] Πρὸ τοῦ ὄρη γενηθῆναι καὶ πλασθῆναι τὴν γῆν καὶ τὴν οἰκουμένην, καὶ ἀπὸ τοῦ αἰῶνος ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ. *Ps.* xc. 2.—Θεὸς αἰώνιος, ὁ θεὸς ὁ κατασκευάσας τὰ ἄκρα τῆς γῆς. *Is.* xl. 28.—Κατ' ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου Θεοῦ. *Rom.* xvi. 26.—Τῷ δὲ βασιλεῖ τῶν αἰώνων ἀφθάρτῳ, ἀοράτῳ, μόνῳ σοφῷ Θεῷ, τιμὴ καὶ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. 1 *Tim.* i. 17. *ib.* vi. 15, 16.

Incorporeus, impartibilis, impassibilis.] Πνεῦμα ὁ Θεός. *Joh.* iv. 24. 2 *Cor.* iii. 17.—Ὀυχ ὡς ἄνθρωπος ὁ θεὸς διαρτησθῆναι, οὐδ' ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἀπειληθῆναι. αὐτὸς εἴπας, οὐχὶ ποιήσει; λαλήσει, καὶ οὐχὶ ἐμμενεῖ; *Num.* xxiii. 19.—Κατ' ἀρχὰς τὴν γῆν σὺ κύριε ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοί. Αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις· καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται. Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν. *Ps.* cii. 25.—27. —Παρ' ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγὴ ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα. *Jac.* i. 17.

Immensæ Potentiæ.] Κύριε ὁ θεὸς τῶν πατέρων μου, οὐχὶ σὺ εἶ θεὸς ἐν οὐρανῷ ἄνω, καὶ σὺ κυριεύεις πασῶν τῶν βασιλειῶν τῶν ἐθνῶν, καὶ ἐν τῇ χειρί σου ἰσχὺς δυναστείας, καὶ οὐκ ἔστι πρὸς σὲ

ἀντιστῆναι; 2 *Chron.* xx. 6.—Κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιεῖ ἐν τῇ δυνάμει τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐν τῇ κατοικίᾳ τῆς γῆς· καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἀντιποιήσεται τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ ἐρεῖ αὐτῷ, Τί ἐποίησας. *Dan.* iv. 35.—Παρὰ δὲ Θεῷ πάντα δυνατά ἐστι. *Mat.* xix. 26.—Κατὰ πρόθεσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ. *Ephes.* i. 11.—Ἀλληλούϊα· ὅτι ἐβασίλευσε Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ παντοκράτωρ. *Apoc.* xix. 6.

Sapientiæ.] Μέγας ὁ κύριος ἡμῶν, καὶ μεγάλη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ, καὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀριθμός. *Ps.* cxlvii. 5.—Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ· ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. *Rom.* xi. 33.

Bonitatis.] Ἀινεῖτε τὸν κύριον, πάντα τὰ ἔθνη, ἐπαινέσατε αὐτὸν, πάντες οἱ λαοί. Ὅτι ἐκραταιώθη τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἡ ἀλήθεια τοῦ κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα. *Ps.* cxvii. *Ps.* cxxxvi. 1.—Χρηστὸς Κύριος τοῖς ὑπομένουσι, καὶ οἱ οἰκτιρμοὶ αὐτοῦ ἐπὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ. *Ps.* cxlv. 9.—Οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός. *Matt.* xix. 17. *Luc.* xviii. 19.—Ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστίν. 1 *Joh.* iv. 8.

Creator et conservator omnium, tum visibilium tum invisibilium.] Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. *Gen.* i. 1. *Deut.* xx. 11.—Τῷ λόγῳ τοῦ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. *Ps.* xxxiii. 6.—Σὺ εἶ αὐτὸς κύριος μόνος, σὺ ἐποίησας τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πᾶσαν τὴν στάσιν αὐτῶν, τὴν γῆν καὶ πάντα ὅσα ἐστὶν ἐν αὐτῇ, τὰς θαλάσσας καὶ πάντα τὰ ἐν αὐταῖς· καὶ σὺ ζωοποιεῖς τὰ πάντα. *Nehem.* ix. 6.—Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καί ἐσμεν. *Act.* xvii. 28.—Πίστει νοοῦμεν κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι Θεοῦ, εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι. *Heb.* xi. 3.

Tres sunt personæ—Pater, Filius, et Spiritus Sanctus.] Πορευθέντες οὖν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. *Matt.* xxviii. 19.—Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος μετὰ πάντων ὑμῶν. 2 *Cor.* xiii. 13.—Εἰς τὸ εἶναί με λειτουργὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τὰ ἔθνη, ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος, ἡγιασμένη ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. *Rom.* xv. 16.—Πόσῳ μᾶλλον τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, ὃς διὰ Πνεύματος αἰωνίου ἑαυ-

τὸν προσήνεγκεν ἄμωμον τῷ Θεῷ, καθαριεῖ τὴν συνείδησιν ὑμῶν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, εἰς τὸ λατρεύειν Θεῷ ζῶντι; *Heb.* ix. 14.—[Ὅτι τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῷ οὐρανῷ, ὁ Πατὴρ, ὁ Λόγος καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα· καὶ οὗτοι οἱ τρεῖς ἕν εἰσι. 1 *Joh.* 5. 7.]

Deum esse constat, 1. ex ordine Causarum, qui ex uno quodam incausato originem ducit. 2. ex ipsa Dei Idea, quæ in se necessariam Existentiam implicat. 3. ex Gentium omnium consensu. 4. ex Origine Mundi, rerumque ordine et usu. 5. ex vi Conscientiæ. 6. ex Prophetiis. 7. ex Miraculis.

Pearson in Symbolum Apost. Art. 1. *Wilkins's* Nat. Rel. l. 1. c. 4, 5, 6. *Stillingfleet's* Orig. Sacr. l. 3. c. 1, 2. *Grotius* de Ver. l. 1. c. 2. *Tillotson* on *Job* 28. 28.

Unitas probatur ex ipsa Dei natura, quæ multitudinem non patitur, eo quod est prima rerum omnium Causa, ultimusque Finis, infinite insuper perfectus: Unde si plures essent, alter alterum posset producere, quin et impedire. Proinde cum Unus sufficiat, neque hic neque ille esset necessarius. Deus autem est Ens necessarium, *Exod.* iii. 14.

Pearson in Symbol. Apost. Art. 1. *Wilkins's* Nat. Rel. l. 1. c. 8. *Grotius* de Ver. Rel. l. 1. c. 3.

Æternus. Quoniam est prima Causa, quæ ut vel ab alia causa, vel nihilo producatur, impossible est. Id vero quod absque causa est, ex se est; quod ex se est, nunquam potest non esse.

Wilkins's Nat. Rel. l. 1. c. 8. *Grotius* de Ver. Rel. l. 1. c. 6.

Incorporeus. i. e. immaterialis et Spiritus. Spiritus enim excellentior est Corpore; quare si Deus esset Corpus, Angelis Animabusque humanis esset ignobilior. Præterea, Materia omnis est ex se iners et otiosa, nec movetur nisi ab alio sit mota. Deus autem primus est motor.

Impartibilis. Partibile enim omne habet partes extra partes, proinde est extensum et quantum; porro quum quanta non se invicem penetrent, Deus infinitus, si quantus esset, omnia loca impleret, adeo ut nulli alii Corpori esset locus.

Impassibilis. Quicquid patitur, a se fortiore patitur, et est aliquo modo impotens. Deus autem est immensæ potentiæ. Ille enim, a quo omnis potentia oritur, Omnipotens sit necesse est. Et si quid Deo resistere posset, vel ex se istam potentiam haberet, proinde

esset ipse Deus, vel ex alio, a Deo sc. Unde autem Deus daret potentiam propria majorem?

Angl. *Without parts or passions.* In Scripturis equidem Membra, *oculi*, sc. *manus*, &c. Uti et Passiones, ex. gr. *Amor*, *Ira*, *Odium*, &c. Deo attribui videntur; quorum omnium, quum sit simplicissima Essentia, immutabilis etiam et semper infinite beatus, prorsus est incapax. Quare ista ἀνθρωποπαθῶς dicta, θεοπρεπῶς intelligenda sunt.

Wilkins's Nat. Rel. l. 1. c. 8. *Pearson* in Symb. Apost. Art. 6.

Sapientia Dei patet ex admirabili rerum Ordine et Usu, ex variis etiam divinæ Providentiæ effectibus.

Wilkins's Nat. l. 1. c. 6, 9. *Ray's* Wisdom of God, &c. *Sherlock* of Providence, c. 8.

Bonitatis Dei patet ex creatione et conservatione rerum; maxime autem ex Generis humani per Christum Redemptione.

Sherlock of Providence, c. 7. *Wilkins's* Nat. Rel. l. 1. c. 10. Art of Contentment, Sect. 3, 4. *Scott's* Christian Life, part 2. vol. 2. p. 242.

Creator omnium. Mundum æternum non esse testantur Artes nuper inventæ, Regiones nuper investigatæ et adhuc incultæ, Historiæ omnes paucos retro annos respicientes. Factus est igitur. Ut casu fieret, absurdum et impossibile. Quare Creatorem habuit. Quem vero nisi Deum?

Pearson in Symb. Apost. Art. 1. *Wilkins's* Nat. Rel. l. 1. c. 5. *Stillingfleet's* Orig. Sacr. l. 3. c. 2. *Tillotson* on *Job* xxviii. 28.

Conservator omnium. Nihil enim ex se et necessario existit, præterquam Deus. Dependent igitur omnia a Deo.

Scott's Christ. Life, part 2. vol. 1. c. 4. §. 1. *Sherlock* of Providence, c. 2. *Nowelli* Catech.

Et in unitate, &c. Cum Deum unicum esse certo certius sit; Attamen et Patri et Filio et Spiritui Sancto assignentur a Scriptura ea Attributa Cultusque quæ Deo soli conveniunt; non immerito dicitur, unum esse Deum, tres vero Personas.

Stillingfleet's Doctrine of the Trinity. *Hooker's* Ecc. Pol. l. 5. §. 51. *Prideaux* Fasc. Controv. C. 2. Q. 2. *Nelson's* Festivals, Trin. Sunday. *Nowelli* Catech.

Clemens Romanus.—Οὐδὲν ἀδύνατον παρὰ τῷ Θεῷ, ἐν λόγῳ τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ συνεστήσατο τὰ πάντα, καὶ ἐν λόγῳ δύναται αὐτὰ μεταστρέψαι. *Epist. ad Cor.* c. 27. Οὐχὶ ἕνα Θεὸν ἔχομεν, καὶ ἕνα Χριστὸν, καὶ ἓν πνεῦμα τῆς χάριτος; *ib. c.* 46.

Ignatius.—Εἷς Θεός ἐστιν ὁ φανερώσας ἑαυτὸν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὅς ἐστιν αὐτοῦ λόγος ἀΐδιος. *Epist. ad Magnes.* Ὑποτάγητε τῷ ἐπισκόπῳ . . . . ὡς οἱ ἀπόστολοι τῷ Χριστῷ, καὶ τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Πνεύματι. *ib.*

Justin Martyr.—Ἕνα καὶ μόνον εἶναι Θεὸν, πρῶτόν ἐστι τῆς ἀληθοῦς θεοσεβείας γνώρισμα. *ad Græcos Cohortat.* Ἐκεῖνόν τε καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ υἱὸν, πνεῦμά τε τὸ προφητικὸν σεβόμεθα καὶ προσκυνοῦμεν. *Apol.* I. *c.* 6.

Athenagoras.—Πρὸς αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ πάντα ἐγένετο, ἑνὸς ὄντος τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ. ὄντος δὲ υἱοῦ ἐν πατρὶ, καὶ πατρὸς ἐν υἱῷ, ἑνότητι καὶ δυνάμει πνεύματος. *Legatio pro Christ.*

Nihil Deo impossibile, in verbo majestatis suæ constituit omnia, et in verbo potest ea subvertere.——Nonne unum Deum habemus, et unum Christum, et unum Spiritum gratiæ?

Unus est Deus, qui manifestavit seipsum per Jesum Christum Filium suum, qui est Sermo ejus æternus.—— Subditi sitis Episcopo . . . ut Apostoli Christo, et Patri, et Spiritui.

Unicum esse Deum, est primum veræ Religionis documentum.——Illum, et ejus Filium, et Spiritum propheticum colimus et adoramus.

Ab ipso, et per ipsum facta sunt omnia, quum Pater et Filius unum sint; Filius vero sit in Patre, et Pater in Filio, per unionem et potentiam Spiritus.

Τίς οὖν οὐκ ἂν ἀπορήσαι, λέγοντας Θεὸν Πατέρα καὶ Υἱὸν Θεὸν καὶ Πνεῦμα ἅγιον, δεικνύντας αὐτῶν καὶ τὴν ἐν τῇ ἑνώσει δύναμιν, (f. δυνάμι ἕνωσιν) καὶ τὴν ἐν τῇ τάξει διαίρεσιν; ἀκούσας ἀθέος καλουμένους; *ib.*

THEOPHILUS ANTIOCH.—Τὸ μὲν εἶδος τοῦ Θεοῦ ἄῤῥητον καὶ ἀνέκφραστον, καὶ μὴ δυνάμενον ὀφθαλμοῖς σαρκίνοις ὁρασθῆναι. δόξῃ γάρ ἐστιν ἀχώρητος, μεγέθει ἀκατάληπτος, ὕψει ἀπερινόητος, ἰσχύϊ ἀσύγκριτος, σοφίᾳ ἀσυμβίβαστος, ἀγαθοσύνῃ ἀμίμητος, καλοποιΐᾳ ἀνεκδιήγητος. *ad Autolyc. l.* 1. Αἱ τρεῖς ἡμέραι [πρὸ] τῶν φωστήρων γεγονυῖαι τύποι εἰσὶν τῆς τριάδος, τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ λόγου αὐτοῦ, καὶ τῆς σοφίας αὐτοῦ. *ib. l.* 2.

Quis igitur non miretur, nos, qui Deum Patrem dicimus, et Deum Filium, et Spiritum Sanctum, eorum in unitate potentiam (f. potentià unitatem) et in ordine distinctionem explicantes, Atheos vocari?

Dei quidem forma ineffabilis est, nec corporeis oculis cerni potest. Gloria enim infinitus est, magnitudine incomprehensibilis, sublimitate imperceptibilis, potentia superexcellens, sapientia incomparabilis, bonitate inimitabilis, beneficientia inenarrabilis.——Tres Dies Luminaria præcedentes, Typi sunt Trinitatis, Dei, et Verbi ejus, et Sapientiæ ejus.

IRENÆUS.—Nihil indiget omnium Deus, sed per Verbum et Spiritum suum omnia faciens et gubernans et omnibus esse præstans. *adv. Hær. l.* 1. *c.* 19. Suscepit [Raab] tres Speculatores, qui speculabantur universam terram, et apud se abscondit, Patrem, sc. et Filium et Spiritum Sanctum. *ib. l.* 4. *c.* 37.

TERTULLIANUS.—Connexus Patris in Filio, et Filii in Paracleto tres efficit cohærentes, alterum ex altero. Qui tres

unum sunt, non unus; quomodo dictum est, Ego et Pater unum sumus, ad substantiæ unitatem, non ad numeri singularitatem. *adv. Praxeam. c.* 25. Judaicæ Fidei est res, sic unum Deum credere, ut Filium adnumerare ei nolis, et post Filium, Spiritum. Quid enim erit inter nos et illos nisi differentia ista? Quod opus Evangelii, quæ est substantia Novi Testamenti, statuens Legem et Prophetas usque ad Joannem, si non exinde Pater, Filius, et Spiritus tres crediti unum Deum sistunt? *ib. c.* 31.

Cyprianus.—Unus omnium Dominus est Deus, neque enim illa sublimitas potest habere consortem, cum sola omnem teneat potestatem. *de Idol. Van.*

Ite et docete gentes omnes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritûs Sancti: Insinuat Trinitatem, cujus Sacramento gentes baptizarentur. *Epist.* 73.

Articulus II.

De Verbo, sive Filio Dei, qui verus homo factus est.

Filius, qui est Verbum Patris, ab æterno a Patre genitus, verus et æternus Deus, ac Patri consubstantialis, in utero beatæ virginis, ex illius substantia naturam humanam assumpsit: ita ut duæ naturæ, divina et humana, integre atque perfecte in unitate personæ fuerint inseparabiliter conjunctæ, ex quibus est unus Christus, verus Deus, et verus homo, qui vere passus est, crucifixus, mortuus, et sepultus, ut Patrem nobis reconciliaret, essetque hostia, non tantum pro culpa

originis, verum etiam pro omnibus actualibus hominum peccatis.

Filius—verbum Patris.] Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ, *Heb.* i. 1.—Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. *Joh.* i. 1.—Λέγει αὐτοῖς· Ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; Ἀποκριθεὶς δὲ Σίμων Πέτρος εἶπε· Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτῷ· Μακάριος εἶ, Σίμων βὰρ Ἰωνᾶ· ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. *Matt.* xvi. 15—17.

Ab æterno genitus.] Καὶ αὐτός (sc. ὁ υἱὸς) ἐστι πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε. *Coloss.* i. 17.

Verus et æternus Deus.] Πρὸς δὲ τὸν υἱόν (λέγει)—Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· *Heb.* i. 8.

Patri consubstantialis.] Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. *Joh.* x. 30.—Ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς. *Coloss.* ii. 9.

In utero virginis.] Καὶ ἰδοὺ, συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ ΙΗΣΟΥΝ. *Luc.* i. 31.—Ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον ἐκ γυναικὸς. *Gal.* iv. 4.

Humanam naturam assumpsit.] Οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται· Ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι. *Heb.* ii. 16, 17.—Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο· καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς. *Joh.* i. 14.

Vere passus est, crucifixus, mortuus et sepultus.—Uti ex historiis Evangelicis clarissime patet.

Ut Patrem nobis reconciliaret.] Εἰ γὰρ ἐχθροὶ ὄντες κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, πολλῷ μᾶλλον καταλλαγέντες σωθησόμεθα ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ. *Rom.* v. 10.

Essetque hostia.] Τὸν γὰρ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν, ἵνα ἡμεῖς γινώμεθα δικαιοσύνη Θεοῦ ἐν αὐτῷ. 2 *Cor.* v. 21.—Ἐάν τις ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα, Ἰησοῦν Χριστὸν δίκαιον. Καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν

ἁμαρτιῶν ἡμῶν· οὐ περὶ τῶν ἡμετέρων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου. 1 *Joh.* ii. 1, 2.

Filius. Secunda in Trinitate Persona est Λόγος ille a *Johanne* prædicatus. *Joh.* 1.

Genitus quidem, aliter non esset Filius; sed ab æterno, aliter non esset Deus.

Verus et æternus Deus. Deus est non *metaphorice* sed, *proprie* sic dictus. *Rom.* ix. 5.

Patri consubstantialis, i. e. unius ejusdemque cum Patre Substantiæ, seu Deitatis.

Pearson in Symbol. Apost. Art. 2. *Bulli* Judic. Eccl. Cath. et Fidei Nic. Defens. *Scott's* Christian Life, part 2. c. 7. §. 1. *Cave* Dissertatio de *Eusebii* Arianism. *Prideaux* Fasc. Contr. C. 2. Q. 3, 4. *Tillotson's* Sermons of the Divinity &c.

Cum Semen *Mulieris* Serpentis caput contriturum promiserat Deus; *Gen.* iii. 15. necesse erat ut e Virgine nasceretur, aliter enim fuisset Semen *Viri*, pariter ac cæteri omnes.

Conjunctæ quidem sunt ambæ naturæ, divina sc. et humana, in Christo sed non confusæ; et ex utraque natura, salva tamen utriusque integritate, una fit Persona, de qua tota sæpe prædicatur id, quod uni tantum naturæ est proprium. Sic Deus sanguinem effudisse dicitur, *Act.* xx. 28. et Homo Angelis adorandus proponitur, *Hebr.* i. 6. Hujusmodi Prædicatio dicitur *Communicatio Idiomatum.* Conjunctio autem Naturarum, *Unio Hypostatica.* De qua fœde errarunt *Nestorius* in primis et *Eutyches.* Ille dividendo *Personas*, Hic confundendo *Naturas.* Sed uterque Error quatuor vocibus jugulatus est a Concilio *Chalcedonensi:* Quod docuit J. Christum esse unum eundemque in duabus naturis ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως. i. e. sine naturarum confusione aut mutatione, contra *Eutychem:* sine earundem divisione aut separatione contra *Nestorium.*

Field of the Church, l. 5. c. 12, 13. *Pearson* in Symbol. Apost. Art. 3, 4. *Scott's* Christian Life, part 2. c. 7. §. 1. *Nelson's* Festivals, Annunciation. *Hooker's* Eccl. Pol. l. 5. §. 51. &c.

Qui vere passus est, &c. Secundum *humanam* naturam, nam quoad *divinam* erat impassibilis.

Pearson in Symbol. Art. 4. *Nelson's* Fasts, Good Friday.

Ut patrem nobis reconciliaret. Vel (pro S. Scripturæ more) *ut nos Patri reconciliaret.* Utrovis modo exprimatur, eodem

recidit, uti contra *Socinum* probavit *Pearsonus* in Symb. Apost. Art. x. Id certum habemus, Christum morte sua Benevolentiam divinam nobis conciliasse. Hic enim, ne Genus humanum ob peccata Justitiæ divinæ obnoxium interiret, sese victimam piacularem Deo obtulit, unde dicitur *δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν*, Matt. xx. 28. et *ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων*, 1 Tim. ii. 6.

Outram de Sacrificiis, l. 2. *Grotius* de Satisfact. Christi. *Stillingfleet* of the Sufferings of Christ. *Scott's* Christian Life, part 2. c. 7. §. 5. *Nelson's* Fasts, Good Friday. *Nowelli* Catech. *Pearson* in Symbol. Art. 10.

Culpa Originis. v. Art. 9.

Pro omnibus &c. Uno peccato in Spiritum Sanctum excepto. De quo vide Not. ad Art. 16.

CLEMENS ROMANUS.—*Τὸ σκῆπτρον τῆς μεγαλωσύνης τοῦ Θεοῦ, ὁ Κύριος ἡμῶν Χριστὸς Ἰησοῦς, οὐκ ἦλθεν ἐν κόμπῳ ἀλαζονείας, οὐδὲ ὑπερηφανίας, καίπερ δυνάμενος. ad Cor. c.* 16. *Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἔδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Χριστὸς ὁ Κύριος ἡμῶν, ἐν θελήματι Θεοῦ, καὶ τὴν σάρκα ὑπὲρ τῆς σαρκὸς ἡμῶν, καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν. ib. c.* 49.

IGNATIUS.—*Δοξάζω Ἰησοῦν Χριστόν τὸν Θεόν——τὸν κύριον ἡμῶν ἀληθῶς ὄντα ἐκ γένους Δαβὶδ κατὰ σάρκα, υἱὸν Θεοῦ, γεγεννημένον ἀληθῶς ἐκ παρθένου——ἀληθῶς ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου καὶ Ἡρώδου τετράρχου καθηλωμένον ὑπὲρ ἡμῶν ἐν σαρκὶ——ταῦτα γὰρ πάντα ἔπαθεν δι'*

Sceptrum majestatis Dei, Dominus noster Jesus Christus non venit in jactantia superbiæ et arrogantiæ, quamvis potuerit——Dominus noster Jesus Christus, voluntate divina, sanguinem suum pro nobis dedit, et carnem pro carne nostra, et animam pro animabus nostris.

Glorifico Jesum Christum Deum——Dominum nostrum vere existentem de genere David secundum carnem, filium Dei, genitum vere ex virgine——vere sub Pontio Pilato et Herode Tetrarcha clavifixum pro nobis in carne——Hæc enim omnia passus est pro nobis ut salvemur——

ἡμᾶς ἵνα σωθῶμεν. *ad Smyrn.* * Τὸν ὑπέρκαιρον προσδόκα, τὸν ἄχρονον, τὸν ἀόρατον, τὸν δι' ἡμᾶς ὁρατὸν, τὸν ἀψηλάφητον, τὸν ἀπαθῆ, τὸν δι' ἡμᾶς παθητὸν, τὸν κατὰ πάντα τρόπον δι' ἡμᾶς ὑπομείναντα. *ad Polycarpum.*

THEOPHILUS ANTIOCH.—Ἔχων ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ λόγον ἐνδιάθετον ἐν τοῖς ἰδίοις σπλάγχνοις, ἐγέννησεν αὐτὸν μετὰ τῆς ἑαυτοῦ σοφίας, ἐξερευξάμενος πρὸ τῶν ὅλων, &c. *ad Autolyc. l.* 2.

JUSTINUS MARTYR.—Λόγος πρωτότοκος ὢν τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸς ὑπάρχει, καὶ πρότερον διὰ τῆς τοῦ πυρὸς μορφῆς καὶ εἰκόνος ἀσωμάτου τῷ Μωσεῖ καὶ τοῖς ἑτέροις προφήταις ἐφάνη· νῦν δ' ἐν χρόνοις τῆς ὑμετέρας ἀρχῆς, διὰ παρθένου ἄνθρωπος γενόμενος, κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς βουλὴν, ὑπὲρ σωτηρίας τῶν πιστευόντων αὐτῷ, καὶ ἐξουθενηθῆναι καὶ παθεῖν ὑπέμεινεν. *Apol.* I. *c.* 38.

IRENÆUS.—Μάθετε ἀνόητοι, ὅτι Ἰησοῦς ὁ παθὼν ὑπὲρ ἡμῶν· ὁ κατασκηνώσας ἐν ἡμῖν, οὗτος αὐτός ἐστιν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, *adv. Hær. l.* 1. *c.* 1. §. 20.

Eum qui supra tempus expecta, intemporalem, invisibilem, propter nos visibilem, impalpabilem, impassibilem, propter nos passibilem, secundum omnem modum propter nos sustinentem.

Deus habens Verbum suum insitum in suis visceribus, genuit eum cum sapientia sua, eructans ante universa, &c.

Verbum, Dei primogenitus, est etiam Deus, et prius per ignis formam et imaginem incorpoream Mosi et cæteris Prophetis apparuit: nunc autem imperii vestri temporibus, ex Virgine homo genitus, juxta Patris consilium, propter salutem ei credentium nullificari et pati sustinuit.

Discite insensati, quoniam Jesus, qui passus est pro nobis, qui inhabitavit in nobis, idem ipse est Verbum Dei.

* Vere Homo et vere Deus. *ib. l.* 4. *c.* 14.

Clemens Alexandrinus.—Προεῖδε ὁ Κύριος ἡμῶν ὡς Θεὸς καὶ ἃ μέλλει διερωτηθήσεσθαι καὶ ἃ μέλλει τις αὐτῷ ἀποκρίνεσθαι. *Quis div. salv. c.* 6. διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς κατῆλθε· διὰ τοῦτο ἄνθρωπον ἀνέδυ, ἵνα πρὸς τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν οὓς ἠγάπησε μετρηθεὶς, ἡμᾶς πρὸς τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἀντιμετρήσῃ· καὶ μέλλων σπένδεσθαι καὶ λύτρον ἑαυτὸν ἐπιδιδοὺς, καινὴν ἡμῖν διαθήκην καταλιμπάνει. *ib. c.* 37.

Origenes.—Ἴστωσαν οἱ ἐγκαλοῦντες, ὅτι ὃν μὲν νομίζομεν καὶ πεπείσμεθα ἀρχῆθεν εἶναι Θεὸν καὶ υἱὸν Θεοῦ, οὗτος ὁ αὐτολόγος ἐστὶ καὶ ἡ αὐτοσοφία καὶ ἡ αὐτοαλήθεια· Τὸ δὲ θνητὸν αὐτοῦ σῶμα, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἐν αὐτῷ ψυχὴν, τῇ πρὸς ἐκεῖνο οὐ μόνον κοινωνίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἑνώσει καὶ ἀνακράσει τὰ μέγιστά φαμεν προσειληφέναι, καὶ τῆς ἐκείνου θειότητος κεκοινωνηκότα εἰς Θεὸν μεταβεβηκέναι. *contra Celsum. l.* 3. Ὁ μὲν δημιουργὸς τοῦδε τοῦ παντὸς, υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ——εἰ δὲ τῷ τηλικούτῳ υἱῷ τοῦ Θεοῦ ἡνῶσθαι φάσκοντες τῇ ἄκρᾳ μετοχῇ ἐκείνου τὴν τοῦ Ἰησοῦ ψυχὴν, οὐκ ἔτι χωριζομένην ἀπ' ἐκείνου αὐτὴν, οὐδὲν θαυμαστόν. *ib. l.* 6.

Præsciebat Dominus noster ut Deus tum quæ interrogandus erat, tum quod responsum erat accepturus——Propter hoc et ipse descendit: propter hoc hominem induit, ut imbecillitati nostræ quos dilexit sese commetiens, suæ nobis virtutis mensuram rependeret: jamque immolandus et se pretium redemptionis dans, novum nobis testamentum reliquit.

Sciant isti criminatores hunc Jesum quem jam olim Deum esse credimus, Deique filium, esse ipsum Verbum, ipsam Sapientiam, et ipsam Veritatem. Cæterum mortale ejus corpus et humanam in eo animam, illius verbi non solum communicatione, sed etiam unione et permixtione tantum divinitatis assumpsisse, ut Deus fieret——Hujus universi-

tatis conditor est Dei filius.——Quod autem tanto filio anima Jesu dicitur unita per summam participationem, nunquam ab eo separanda, nil mirum est.

Tertullianus.—Hunc ex Deo prolatum dicimus, et prolatione generatum, et idcirco filium et Deum dictum ex unitate substantiæ: nam et Deus Spiritus——Quod de Deo profectum est Deus est et Dei Filius, et unus ambo ——Iste Dei radius, ut retro semper prædicabatur, delapsus in virginem quandam, et in utero ejus caro figurata, nascitur homo Deo mistus. *adv. Gentes c.* 21.

Cyprianus.—Hic est Virtus Dei, hic Ratio, hic Sapientia ejus et Gloria: hic in virginem illabitur; carnem, Spiritu Sancto cooperante, induitur. Deus cum homine miscetur: hic Deus noster, hic Christus est, qui Mediator duorum, hominem induit quem perducat ad Patrem. Quod homo est, esse Christus voluit, ut et homo possit esse quod Christus est. *de Idol. Van.*

Arnobius.—Ergone, inquiet aliquis furens, iratus, et percitus, Deus ille est Christus? Deus respondebimus, et interiorum potentiarum Deus. *adv. Gentes. l.* 1. *pag.* 12.

Articulus III.

De Descensu Christi ad Inferos.

Quemadmodum Christus pro nobis mortuus est, et sepultus, ita est etiam credendus ad inferos descendisse.

Ad inferos.] Προϊδὼν ἐλάλησε περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ, ὅτι οὐ κατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδου, οὐδὲ ἡ σάρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν. *Act.* ii. 31.—Τὸ δὲ, Ἀνέβη, τί ἐστιν εἰ μὴ ὅτι καὶ κατέβη πρῶτον εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς; *Ephes.* iv. 9.

Ad inferos. Anima Christi εἰς ᾅδου, i. e. statum animarum a corporibus separatarum abiit.

Pearson in Symbol. Art. 5. *Hammond's* Pract. Cat. l. 5. §. 2. *Nowelli* Catech. *Field* of the Church, l. 5. c. 19.

Irenæus.—Cum Dominus in medio umbræ mortis obierit, ubi animæ mortuorum erant, post deinde corporaliter resurrexit, et post resurrectionem assumptus est; manifectum est &c. *adv. Hær. l. 5. c. 31.*

Tertullianus.—Quod si Christus Deus quia et homo mortuus secundum Scripturas et sepultus secundum easdem, huic quoque legi satisfecit, forma humanæ mortis apud inferos functus &c. *de animâ. c. 55.*

Cyprianus.—Quod a morte non vinceretur, nec apud Inferos remansurus esset. *Testim. adv. Judæos, l. 2. n. 24.*

Articulus IV.

De Resurrectione Christi.

Christus vere a mortuis resurrexit, suumque corpus cum carne, ossibus, omnibusque ad integritatem humanæ naturæ pertinentibus, recepit: cum quibus in cœlum ascendit, ibique residet, quoad extremo die ad judicandos homines reversurus sit.

Christus—resurrexit.] Οὐκ ἔστιν ὧδε· ἠγέρθη γὰρ, καθὼς εἶπε. Δεῦτε, ἴδετε τὸν τόπον ὅπου ἔκειτο ὁ Κύριος. *Matt.* xxviii. 6. —Νυνὶ δὲ Χριστὸς ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν, ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων ἐγένετο. 1 *Cor.* xv. 20.

Suumque corpus—recepit.] Ἴδετε τὰς χεῖράς μου καὶ τοὺς πόδας μου, ὅτι αὐτὸς ἐγώ εἰμι· ψηλαφήσατέ με καὶ ἴδετε· ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα. *Luc.* xxiv. 39.—Τοῦτον ὁ Θεὸς ἤγειρε τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἔδωκεν

αὐτὸν ἐμφανῆ γενέσθαι—ἡμῖν, οἵτινες συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. *Act.* x. 40, 41.

***In cœlum ascendit, ibique residet.*]** Ὁ μὲν οὖν Κύριος, μετὰ τὸ λαλῆσαι αὐτοῖς, ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ. *Marc.* xvi. 19.—Ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων ὧν ἐλάλησεν ὁ Θεὸς, *Act.* iii. 21.

Ad judicandos homines reversurus.] Αὐτός ἐστιν ὁ ὡρισμένος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν. *Act.* x. 42.—Διαμαρτύρομαι οὖν ἐγὼ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ μέλλοντος κρίνειν ζῶντας καὶ νεκροὺς, κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ· 2 *Tim.* iv. 1.

Christus, vere &c. Eodem enim cum corpore, quod crucifixum et sepultum est, resurrexit.

Pearson in Symbol. Art. 5. *Scott's* Christian Life, part 2. c. 7. §. 13. *Nelson's* Festivals, Easter-day. Homily of the Resurrection. *Nowelli* Catech.

In cœlum ascendit, nempe in cœlum supremum ; ibique residet ad dextram Patris, et pro nobis intercedit.

Nowelli Catech. *Pearson* in Symbol. Art. 6. *Scott's* Christ. Life, part 2. c. 7. §. 5. *Nelson's* Festivals, Ascension-day.

Quoad extremo die, &c. Durationi hujus mundi certus proculdubio annorum, quin et dierum, assignatus est numerus, etiamsi Angelos pariter ac nos lateat Quo elapso a cœlo redibit Christus omnes homines tam vivos quam mortuos judicaturus, et tunc reddet unicuique secundum opera sua.

Nowelli Catech. *Nelson's* Festivals, c. 2. *Pearson* in Symbol. Art. 7. *Sherlock* of Judgment. *Scott's* Christ. Life, part 2. c. 7. §. 11.

Ignatius.—Ἐγὼ γὰρ καὶ μετὰ ἀνάστασιν ἐν σαρκὶ αὐτὸν οἶδα, καὶ πιστεύω ὄντα. Καὶ ὅτε πρὸς τοὺς περὶ Πέτρον ἦλθεν, ἔφη αὐτοῖς, λάβετε, ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον. *ad Smyrn.*

Ego enim et post resurrectionem in carne ipsum fuisse novi. Et quando ad eos, qui circa Petrum, venit, ait ipsis, Apprehendite, palpate me, et videte quoniam non sum Dæmonium incorporeum.

Irenæus.—Christus in carnis substantia surrexit et ostendit discipulis figuram clavorum et apertionem lateris, hæc autem sunt indicia carnis ejus quæ resurrexit a mortuis. *adv. Hær. l.* 5. *c.* 7. Unum et eundem sciens Jesum Christum, cui apertæ sunt portæ cœli propter carnalem ejus assumptionem: qui etiam eadem carne, in qua passus est, veniet. *l.* 3. *c.* 18.

Tertullianus.—De corporis autem veritate quid potest clarius? cum hæsitantibus eis ne phantasma esset, imo phantasma credentibus, Quid turbati estis? inquit, et quid cogitationes subeunt in corda vestra? videte manus meas et pedes, quia ego ipse sum, quoniam Spiritus ossa non habet sicut me videtis habere. *adv. Marcion. l.* 4. *c.* 43.

Articulus V.

De Spiritu Sancto.

Spiritus Sanctus, a Patre et Filio procedens, ejusdem est cum Patre et Filio essentiæ, majestatis, et gloriæ, verus ac æternus Deus.

A Patre.] Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρὸς, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ. *Joh.* xv. 26.

Et Filio.] Ἐρευνῶντες εἰς τίνα ἢ ποῖον καιρὸν ἐδήλου τὸ ἐν αὐτοῖς πνεῦμα Χριστοῦ, προμαρτυρόμενον τὰ εἰς Χριστὸν παθήματα, καὶ τὰς μετὰ ταῦτα δόξας· 1 *Pet.* i. 11.—Ὅτι δέ ἐστε υἱοὶ, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, κράζον, Ἀββᾶ, ὁ πατήρ. *Gal.* iv. 6.

Ejusdem cum Patre et Filio essentiæ &c.] Εἶπε δὲ Πέτρος, Ἀνανία, διατί ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς τὴν καρδίαν σου, ψεύσασθαί σε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον;—οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ Θεῷ.

Act. v. 3, 4.—Οὐκ οἴδατε ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; 1 *Cor.* iii. 16.—Ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι τὸ σῶμα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστιν, οὗ ἔχετε ἀπὸ Θεοῦ· 1 *Cor.* vi. 19.

Quum istæ operationes Spiritui Sancto attribuantur, quæ non, nisi personæ a Patre et Filio distinctæ, attribui possunt, uti intercedere pro Sanctis, *Rom.* viii. 27, venire missum a Patre in nomine Christi, *Joh.* 14. 26, recipere quæ sunt Christi et aliis ostendere, *Joh.* xvi. 14; quinetiam eidem attribuantur ea quæ soli Deo attribui possunt, verbi gratia, Fidelium corpora sibi habere in Templa, 1 *Cor.* 3. 16. 6. 19, imo Ecclesiam totam sibi æque ac Patri et Filio dedicatam, *Mat.* 28. 19, necesse est ut Spiritus Sanctus sit verus et æternus Deus, Patri et Filio æqualis, unaque cum illis adorandus et invocandus.

Homily on Whit-Sunday, part 1. *Pearson* in Symbol. Art. 8. *Scott's* Christian Life, part 2. c. 7. §. 1. *Nelson's* Festivals, Trinity-Sunday. *Prideaux* Fasc. Controv. C. 2. Q. 5, 6. *Andrews* on *Acts* xix. 1, 2, 3.

Deitatis Spiritus Sancti famosissimus oppugnator fuit *Macedonius*, Patriarcha *Constantinopolitanus*. Hæresis ipsa dicta *Pneumatomachorum*, negans sc. Spiritus Sancti Divinitatem, asserensque vim tantum esse creatam, famulum ac ministrum Filii. Quam ut tolleret Consilium *Constantinopolitanum* primum, verbis in Symbolo *Nicæno* εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον adjunxit τὸ Κύριον, τὸ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν.

Pearson in Symbol. Art. 8.

Justinus Martyr.—Υἱὸν αὐτοῦ τοῦ ὄντως Θεοῦ μαθόντες καὶ ἐν δευτέρᾳ χώρᾳ ἔχοντες, πνεῦμά τε προφητικὸν ἐν τρίτῃ τάξει, ὅτι μετὰ λόγου τιμῶμεν, ἀποδείξομεν. *Apolog.* I. c. 16. Πνεῦμα τὸ προφητικὸν σεβόμεθα, καὶ προσκυνοῦμεν. *ib.* c. 6.

Scientes Filium ipsius veri Dei, et secundo loco habentes, et Spiritum propheticum ordine tertium, quod cum ratione honoremus, demonstrabimus.—— Spiritum propheticum colimus et adoramus.

IRENÆUS.—Ecclesia per universum orbem usque ad fines terræ seminata, et ab Apostolis et Discipulis eorum accepit eam fidem, quæ est in unum Jesum Christum filium Dei, incarnatum pro nostra salute; et in Spiritum Sanctum qui per prophetas prædicavit &c. *adv. Hær. l.* 1. *c.* 2.

Ministrat ei ad omnia sua progenies et figuratio sua, i. e. Filius et Spiritus Sanctus, Verbum et Sapientia; quibus serviunt et subjecti sunt omnes Angeli. *ib. l.* 4. *c.* 17.

Quoniam autem et Sapientia, quæ est Spiritus, erat apud Deum ante omnem constitutionem per Salomonem ait: Deus Sapientia fundavit terram. *ib. l.* 4. *c.* 37.

Nunc partem aliquam Spiritus ejus sumimus ad perfectionem et præparationem incorruptelæ, paulatim assuescentes capere et portare Deum. *ib. l.* 5. *c.* 8.

TERTULLIANUS. — Hic interim acceptum a patre munus effudit Spiritum Sanctum, tertium nomen Divinitatis et tertium gradum Majestatis. *adv. Praxeam cap.* 30.

CYPRIANUS.—Si templum Dei factus est, quæro cujus Dei? Si Creatoris, non potuit, qui in eum non credidit; si Christi, nec hujus fieri potest templum, qui negat Deum Christum: si Spiritus Sancti, cum tres unum sint, quomodo Spiritus Sanctus placatus esse ei potest, qui aut Patris, aut Filii inimicus est? *Epist.* 73.

ARTICULUS VI.

De divinis Scripturis, quod sufficiant ad Salutem.

SCRIPTURA sacra continet omnia quæ ad salutem sunt necessaria, ita ut quicquid in ea nec legitur, neque inde probari potest, non sit a quoquam exigendum, ut tanquam articulus fidei credatur, aut ad salutis necessitatem requiri putetur.

Sacræ Scripturæ nomine, eos Canonicos libros veteris et novi Testamenti intelligimus, de quorum auctoritate in Ecclesia nunquam dubitatum est.

De nominibus, et numero librorum sacræ Canonicæ Scripturæ veteris Testamenti.

Genesis.	Prior liber Paralipom.
Exodus.	Secundus liber Paralipomen.
Leviticus.	Primus liber Esdræ.
Numeri.	Secundus liber Esdræ.
Deuteron.	Liber Hester.
Josuæ.	Liber Job.
Judicum.	Psalmi.
Ruth.	Proverbia.
Prior liber Samuelis.	Ecclesiastes, vel Concionator.
Secundus liber Samuelis.	Cantica Solomonis.
Prior liber Regum.	4. Prophetæ Majores.
Secundus liber Regum.	12. Prophetæ Minores.

Alios autem libros (ut ait *Hieronymus**) legit quidem Ecclesia, ad exempla vitæ, et formandos mores; illos tamen ad dogmata confirmanda non adhibet: ut sunt

Tertius liber Esdræ.	Baruch Propheta.
Quartus liber Esdræ.	Canticum trium Puerorum.
Liber Tobiæ.	Historia Susannæ.
Liber Judith.	De Bel et Dracone.
Reliquum libri Hester.	Oratio Manassis.
Liber Sapientiæ.	Prior liber Maccab.
Liber Jesu filii Sirach.	Secundus liber Maccab.

Novi testamenti omnes libros (ut vulgo recepti sunt) recepimus, et habemus, pro Canonicis.

* Præfat. in Proverb.

Omnia ad salutem necessaria.] Ὅτι ἀπὸ βρέφους τὰ ἱερὰ γράμματα οἶδας, τὰ δυνάμενά σε σοφίσαι εἰς σωτηρίαν, διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος, καὶ ὠφέλιμος πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς ἔλεγχον, πρὸς ἐπανόρθωσιν, πρὸς παιδείαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ· 2 *Tim.* iii. 15, 16.

Quicquid nec legitur &c.] Μάτην δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων. *Matt.* xv. 9.—Ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω. Ὡς προειρήκαμεν, καὶ ἄρτι πάλιν λέγω· εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. *Gal.* i. 8, 9.

Omnia enim continet Scriptura, quæ vel ad *Fidem* vel ad *Praxin* pertinent, extra quæ nihil a nobis exigit Deus.

Cum ejus sit Salutis conditiones præscribere, cujus est Salutem ipsam conferre: Hominis non est jubere vel docere alia tanquam ad Salutem necessaria, quam quæ Deus ipse in Scripturis jussit et docuit, quæ et ipse ad Salutem sufficere asserit.

Homily of the reading the Holy Scripture. *Nowelli* Catech. *Jewel's* Apology Def. part 1. c. 8, 9. *Chillingworth's* Rel. Prot. c. 2. *Stanhope* on 2 *Tim.* iii. 16, 17. *Hooker's* Eccles. Pol. lib. 1. §. 14. et l. 2. §. 8. *Field* of the Church *Prideaux* Fasc. Controv. C. 1. Q. 6, 7. *Hall's* Roma Irreconcil. §. 16. Bp. *Blackhall's* 8 Sermons at Mr. *Boyle's* Lecture.

Canonicos, i. e. divinitus inspiratos, et nobis in Fidei morumque regulam datos.

Ecclesia sc. universa; de paucis enim, nempe Epistola ad Hebræos, Epistolis *Jacobi* et *Judæ*, *2da Petri*, *2da et 3tia Johannis* et *Apocalypsi*, a quibusdam Ecclesiis aliquandiu dubitatum est.

Stillingfleet's Orig. Sac. *Grotius* de Ver. Rel. l. 3. *Cosin's* Histor. Scholast. Christian's Birthright §. 2. *Prideaux* Fasc. Controv. C. 1. Q. 2. *Hall's* Roma Irrecon. §. 14. *Field* of the Church.

Secundus Liber Esdræ, i. e. Liber Nehemiæ.

Ignatius.—Τὸ εὐαγγέλιον ἀπάρτισμά ἐστιν ἀφθαρσίας. *Epist. ad Philad.*

Evangelium est perfectio incorruptionis.

Tertullianus.—Nobis curiositate opus non est post Christum Jesum, nec inquisitione post Evangelium. Cum credimus, nihil desideramus ultra credere. Hoc enim prius credimus, non esse quod ultra credere debeamus. *de præscript. adv. Hæres. c.* 8. Scriptum esse doceat Hermogenis officina. Si non est Scriptum, timeat Væ illud adjicientibus aut detrahentibus destinatum. *adv. Hermogen. c.* 22.

Cyprianus.—Unde est ista traditio? utrumne de Dominica et Evangelica auctoritate descendens, an de Apostolorum mandatis atque Epistolis veniens? Ea enim facienda esse quæ scripta sunt Deus testatur. *Epist.* 47.

Irenæus.—Scripturæ quidem perfectæ sunt, quippe a Verbo Dei et Spiritu ejus dictæ. *lib.* 2. *c.* 47. Nos unum et solum verum Deum doctorem sequentes, et regulam veritatis habentes ejus sermones, de iisdem semper eadem dicimus omnes. *l.* 4. *c.* 69.

Origenes.—*Οὐκ ἀγνοητέον οὖν, ὅτι καὶ τὸ εἶναι τὰς ἐνδιαθήκους βίβλους, ὡς Ἑβραῖοι παραδιδόασι, δύο καὶ εἴκοσιν, οἷς ὁ ἴσος ἀριθμὸς τῶν παρ' αὐτοῖς στοιχείων ἐστίν. Philocal. cap.* 3.

Non ignorandum est, veteris Testamenti libros, ut Hebræi tradunt, esse viginti duos, quibus æqualis est numerus Elementorum Hebræorum.

Articulus VII.

De Veteri Testamento.

Testamentum vetus novo contrarium non est, quandoquidem tam in veteri quam in novo, per Christum, qui unicus est mediator Dei et hominum, Deus et homo, æterna vita humano generi est pro-

posita. Quare male sentiunt, qui veteres tantum in promissiones temporarias sperasse confingunt. Quanquam lex a Deo data per Mosen (quoad Cæremonias et ritus) Christianos non astringat, neque civilia ejus præcepta in aliqua republica necessario recipi debeant, nihilominus tamen ab obedientia mandatorum (quæ moralia vocantur) nullus (quantumvis Christianus) est solutus.

Testamentum vetus Novo contrarium non est.] Μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἢ τοὺς προφήτας· οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι. *Matt.* v. 17.—Εὐτόνως γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις διακατηλέγχετο δημοσίᾳ, ἐπιδεικνὺς διὰ τῶν γραφῶν, εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. *Act.* xviii. 28.—Μαρτυρούμενος μικρῷ τε καὶ μεγάλῳ, οὐδὲν ἐκτὸς λέγων ὧν τε οἱ προφῆται ἐλάλησαν μελλόντων γίνεσθαι, καὶ Μωσῆς. *Act.* xxvi. 22.

Æterna vita per Christum.] Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ὅτι οἱ πατέρες ἡμῶν πάντες ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν, καὶ πάντες διὰ τῆς θαλάσσης διῆλθον· Καὶ πάντες εἰς τὸν Μωσῆν ἐβαπτίσαντο ἐν τῇ νεφέλῃ καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ· Καὶ πάντες τὸ αὐτὸ βρῶμα πνευματικὸν ἔφαγον· Καὶ πάντες τὸ αὐτὸ πόμα πνευματικὸν ἔπιον· ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας· ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός. 1 *Cor.* x. 1, 2, 3, 4.

Unicus Mediator.] Εἷς γὰρ Θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς. 1 *Tim.* ii. 5.

Male sentiunt &c.] Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμήν· καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη. *Joh.* viii. 56.—Πίστει Μωσῆς μέγας γενόμενος ἠρνήσατο λέγεσθαι υἱὸς θυγατρὸς Φαραώ. Μᾶλλον ἑλόμενος συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ, ἢ πρόσκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν· Μείζονα πλοῦτον ἡγησάμενος τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θησαυρῶν τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ· ἀπέβλεπε γὰρ εἰς τὴν μισθαποδοσίαν. *Heb.* xi. 24, 25, 26.

Lex, quoad cæremonias, non astringat.] Ὥστε ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονεν εἰς Χριστὸν, ἵνα ἐκ πίστεως δικαιωθῶμεν· Ἐλθούσης δὲ τῆς πίστεως, οὐκ ἔτι ὑπὸ παιδαγωγόν ἐσμεν. *Gal.* iii.

24, 25.—Νῦν οὖν τί πειράζετε τὸν Θεὸν, ἐπιθεῖναι ζυγὸν ἐπὶ τὸν τράχηλον τῶν μαθητῶν, ὃν οὔτε οἱ πατέρες ἡμῶν, οὔτε ἡμεῖς ἰσχύσαμεν βαστάσαι; *Act.* xv. 10.

Neque Civilia præcepta &c.] Πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω. Οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία εἰ μὴ ἀπὸ Θεοῦ· αἱ δὲ οὖσαι ἐξουσίαι, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν. *Rom.* xiii. 1.—Ὑποτάγητε οὖν πάσῃ ἀνθρωπίνῃ κτίσει, διὰ τὸν Κύριον· 1 *Pet.* ii. 13.

Ab obedientia mandatorum &c.] Νόμον οὖν καταργοῦμεν διὰ τῆς πίστεως; Μὴ γένοιτο· ἀλλὰ νόμον ἱστῶμεν. *Rom.* iii. 31.—Εἰ δὲ προσωποληπτεῖτε, ἁμαρτίαν ἐργάζεσθε, ἐλεγχόμενοι ὑπὸ τοῦ νόμου, ὡς παραβάται. *Jac.* ii. 9.

Tantum abest ut V. et N. Testamenta sint sibi invicem contraria, ut se mutuo stabiliant, sibique invicem auctoritatem concilient.

Idem est utrique propositum, nempe æterna hominum per Christum Salus. *Vetus* quidem Legem nobis dat, eandemque observantibus salutem promittit. Quum tamen ea sit humanæ naturæ infirmitas, ut Legem implere non possit; per Legem Nemo salvatur. Ideoque Christum, unicum salutis auctorem, per Cæremoniarum umbras, Typos et Prophetias indigitat Testamentum *Vetus*; *Novum*que clare ostentat. *Rom.* iii. 21. et xvi. 26. *Gal.* iii. 24.

v. *Hammond's* Pract. Cat. l. 1. §. 1. Preface to the Whole duty of Man, §. 12, &c. *Clagget* on 2 *Pet.* i. 19. *Nowelli* Cat.

Mediator, tam *Intercessionis* quam *Redemptionis.* 1 *Joh.* ii. 1.

v. *Scott's* Christ. Life, part 2. c. 7. §. 1. et 6. *Nowelli* Cat.

Veteres Spiritualia et æterna sperasse satis patet ex *Heb.* xi.

Field of the Church, l. 1. c. 5.

Mosaicæ Legis Cæremonias abolendas fore prædicit Deus *Jer.* xxxi. 31, 32.

Stillingfleet's Orig. Sac. l. 2. c. 7.

Mandata Moralia ad naturam humanam adeo sunt accommodata, ut, si irrita fierent, miserrimus esset hominum status; denuo hæc rata fecit ipse Christus *Matt.* v. 17—20.

Hammond's Pract. Cat. l. 2. §. 3. *Hooker's* Eccl. Pol. lib. 1. §. 15.

Ignatius.—Τοὺς προφήτας ἀγαπῶμεν, διὰ τὸ καὶ αὐτοὺς τὸ εὐαγγέλιον κατηγγελκέναι, καὶ εἰς αὐτὸν ἐλπίζειν, καὶ αὐτὸν ἀναμένειν. *Epist. ad Philad.*

Ἄτοπόν ἐστι Χριστὸν Ἰησοῦν καλεῖν καὶ Ἰουδαΐζειν. *Epist. ad Magnes.*

Theophilus Antioch.—Ἔτι μὲν καὶ περὶ δικαιοσύνης, ἧς ὁ νόμος εἴρηκεν, ἀκόλουθα εὑρίσκεται καὶ τὰ τῶν προφητῶν, καὶ τῶν εὐαγγελίων ἔχειν, διὰ τὸ τοὺς πάντας πνευματοφόρους ἑνὶ πνεύματι Θεοῦ λελαληκέναι. *ad Autolyc. l.* 3.

Prophetas diligamus, propter et ipsos Evangelium annunciasse, et in Christum sperare, et ipsum expectare.

Inconveniens est Jesum Christum perfari, et Judaizare.

Præterea de Justitia, de qua Lex loquitur, similia reperiuntur Prophetarum et Evangelistarum scripta continere; nam uno eodemque divino Spiritu inflati, omnes locuti sunt.

Irenæus.—Non ergo quorundam infidelitatem Legi ascribant: non enim Lex prohibebat eos credere in Filium Dei, sed et adhortabatur dicens, non aliter salvari homines ab antiqua serpentis plaga, nisi credant in eum, qui secundum similitudinem carnis peccati in ligno martyrii exaltatur a terra, et omnia trahit ad se, et vivificat mortuos. *adv. Hæres. l.* 4. *c.* 5. Quoniam a Moyse Lex inchoavit, consequenter in Joanne desivit, ad impletionem ejus advenerat Christus *ib. c.* 8. Quia Dominus naturalia Legis, per quæ homo justificatur, quæ etiam ante Legis dationem custodiebant, qui fide justificabantur et placebant Deo, non dissolvit, sed extendit, sed et implevit, ex sermonibus ejus ostenditur: *Dictum est enim,* inquit, *antiquis* &c. *ib. c.* 27.

Origenes.—Ὁ πεπαιδευμένος τὴν τοῦ Θεοῦ μουσικὴν

Divina musica eruditus novit perfectum et aptum In-

ἓν τὸ τέλειον οἶδε καὶ ἡρμοσμένον ὄργανον τοῦ Θεοῦ εἶναι πᾶσαν τὴν γραφὴν, μίαν ἀποτελοῦν ἐκ διαφόρων φθόγγων σωτήριον τοῖς μανθάνειν ἐθέλουσι φωνὴν, καταπαύουσαν καὶ κωλύουσαν ἐνέργειαν πᾶσαν πονηροῦ πνεύματος. *Philocal. cap.* 6.

Μὴ βουλομένη γε ἡ πάλαι μὲν τὸν νόμον δεδωκυῖα πρόνοια, νῦν δὲ Ιησοῦ Χριστοῦ εὐαγγέλιον, κρατεῖν ἔτι τὰ Ιουδαίων· καθεῖλεν αὐτῶν τὴν πόλιν, καὶ τὸν ναὸν, &c. *contra Celsum. l.* 7.

Justinus Martyr.—Ἐν ταῖς τῶν προφητῶν βίβλοις εὕρομεν προκηρυσσόμενον γεννώμενον διὰ παρθένου——— καὶ σταυρούμενον Ιησοῦν τὸν ἡμέτερον Χριστὸν, καὶ ἀποθνήσκοντα, &c. *Apolog.* I. *c.* 39.

Ἠλπίσαμεν δὲ οὐ διὰ Μωσέως, οὐ δὲ διὰ τοῦ νόμου. ἦ γὰρ ἂν τὸ αὐτὸ ὑμῖν ἐποιοῦμεν· νυνὶ δὲ, (ἀνέγνων γὰρ, ὦ Τρύφων) ὅτ' ἔσοιτο καὶ τελευταῖος νόμος, καὶ διαθήκη κυριωτάτη πασῶν, ἣν νῦν δέον φυλάσσειν πάντας ἀνθρώπους, ὅσοι τῆς τοῦ Θεοῦ κληρονομίας ἀντιποιοῦνται. ὁ γὰρ ἐν Χωρὴβ παλαιὸς ἤδη νόμος. *Dialog. cum Tryph.*

strumentum Dei Scripturam universam, quæ unam absolvit ex diversis sonis, iis qui discere volunt, salutarem vocem, vim omnem mali spiritus sedantem et cohibentem.

Providentia, quæ olim Legem dedit, nunc autem Jesu Christi Evangelium, ritus Judaicos adhuc durare nolens, sustulit eorum Urbem, et Templum, &c.

In libris Prophetarum invenimus prænunciatum Jesum Christum nostrum natum ex Virgine———et crucifixum et mortuum &c.

Speramus autem non per Mosem, neque per Legem, sic namque vobiscum faceremus. Nunc, autem (legi enim o Trypho) futuram fuisse Legem ultimam, ac Testamentum omnium validissimum, cui obedire omnes homines nunc oportet, quicunque hæreditatem Dei capessere volunt. Lex enim in Horeb data jam antiquata est.

Articulus VIII.

De Tribus Symbolis.

Symbola tria, Nicænum, Athanasii, et quod vulgo Apostolorum appellatur, omnino recipienda sunt, et credenda; nam firmissimis Scripturarum testimoniis probari possunt.

Symbola, ideo sic dicta, quoniam ex his, quasi tesseris quibusdam militaribus, Christiani Catholici ab Infidelibus et Hæreticis dignoscuntur.

Nicænum, sic dictum, quia, maxima ex parte a Patribus in Concilio *Nicæno* congregatis compositum est. Quæ vero ad Deitatem Spiritus Sancti attinent a Consilio *Constantinopolitano* sunt adjecta, uno [*Filioque*] excepto, quod ab ecclesia occidentali additum est.

Field of the Church, l. 3. c. 1. p. 53. *Pearson* on the Creed.

Athanasii, sic dicitur, non quia ab Athanasio conscriptum sit, sed quia ejusdem sententiam satis feliciter exprimat, qui fuit orthodoxæ Fidei celeberrimus propugnator.

Vulgo Apost. Ab Apostolis enim ipsis conscriptum esse haud satis constat.

Hooker's Eccl. Pol. l. 5. §. 42. *Wall's* Hist. of Infant Bapt. part 2. c. 9. §. 10. *Cave's* Hist. Lit. Vol. 1. et Vita Athanasii §. n. 10.

Bulli Judic. Eccles. Cath. c. 5. *Waterland's* Critic. Hist. of the *Athanasian* Creed.

Omnino &c. Quotquot igitur huic Articulorum libro subscribunt, nec tamen Symbola hæc cum S. Scripturis congruere credunt, et Deo et Hominibus fœdissime mentiuntur.

Singula fere in Symbolis istis contenta jam supra habes Patrum testimoniis confirmata. At quoniam Hæretici in Patres Nicænos et Athanasium quasi fidei Christianæ corruptores, acerbe et contumeliose invehantur; Ecce Fidei Expositiones Nicæna antiquiores.

EXPOSITIO FIDEI CATHOLICÆ

ex IRENÆO *adv. Hær. l.* 1. *c.* 2.

Ecclesia per universum orbem usque ad fines terræ seminata, et ab Apostolis et Discipulis eorum accepit eam fidem, quæ est in unum Deum, Patrem omnipotentem, qui fecit cœlum et terram, et mare, et omnia, quæ in eis sunt: et in unum Jesum Christum filium Dei, incarnatum pro nostra salute: et in Spiritum Sanctum, qui per Prophetas prædicavit dispositiones Dei, et adventum, et eam, quæ est ex Virgine, generationem, et passionem, et resurrectionem a mortuis, et in carne in cœlos adscensionem dilecti Jesu Christi Domini nostri, et de cœlis in gloria Patris adventum ejus ad recapitulanda universa, ad resuscitandum omnem carnem humani generis, ut Christo Jesu Domino nostro, et Deo, et Salvatori, et Regi, secundum Placitum Patris invisibilis, omne genu curvet cœlestium, et terrestrium, et infernorum, et omnis lingua confiteatur ei, et judicium justum in omnibus faciat: Spiritalia quidem nequitiæ, et Angelos transgressos, atque apostatas factos, et impios, et injustos, et iniquos, et blasphemos homines in æternum ignem mittat: justis autem et æquis, et præcepta ejus servantibus, et in dilectione ejus perseverantibus, quibusdam quidem ab initio, quibusdam autem ex pœnitentia, vitam donans, incorruptelam loco muneris conferat, et claritatem æternam circundet.

EX TERTULLIANO

de Præscript. adv. Heret. cap. 13.

Regula est Fidei illa scilicet qua creditur unum omnino Deum esse, nec alium præter mundi conditorem, qui universa de nihilo produxerit per Verbum suum primo omnium emissum: id verbum Filium ejus appellatum, in nomine Dei varie visum Patriarchis, in Prophetis semper auditum,

postremo delatum ex Spiritu Dei et virtute in Virginem Mariam, carnem factum in utero ejus, et ex ea natum hominem et esse Jesum Christum; exinde prædicasse novam legem, et novam promissionem regni cælorum, virtutes fecisse, fixum cruci, tertia die resurrexisse; in cœlos ereptum sedere ad dextram patris; misisse vicariam vim Spiritus Sancti qui credentes agat: venturum cum claritate ad sumendos sanctos in vitæ æternæ et promissorum cælestium fructum, et ad prophanos adjudicandos igni perpetuo, facta utriusque partis resuscitatione cum carnis restitutione.

VETUS SYMBOLUM ECCLESIÆ

Hierosolymitanæ *ex Cyrillo.*

Credo in unum Deum, Patrem Omnipotentem, factorem cœli et terræ, et visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum, ex Patre genitum ante omnia sæcula, Deum verum per quem omnia facta sunt: Incarnatum atque hominem factum, crucifixum et sepultum; et tertia die resurgentem a mortuis, et ascendentem in cœlos, et sedentem ad dextram Patris; et qui venturus est judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Paracletum, qui locutus est per Prophetas. Et in unum Baptismum pœnitentiæ, in remissionem peccatorum; et in unam Ecclesiam Catholicam; et in carnis resurrectionem et in vitam æternam.

GREGORII THAUMATURGI,

Neocæsareæ in *Ponto* Episcopi.

Εἷς Θεὸς, Πατὴρ λόγου ζῶντος, σοφίας ὑφεστώσης, καὶ δυνάμεως καὶ χαρακτῆρος ἀϊδίου· τέλειος τελείου γεννήτωρ· πατὴρ υἱοῦ μονογενοῦς. Εἷς Κύριος, μόνος ἐκ μόνου. Θεὸς

Unus Deus, Pater Verbi viventis, sapientiæ subsistentis, et potentiæ et characteris sempiterni: perfectus perfecti genitor: Pater filii ungeniti. Unus Dominus, solus ex solo,

ἐκ Θεοῦ· χαρακτὴρ καὶ εἰκὼν τῆς Θεότητος· λόγος ἐνεργής· σοφία τῶν ὅλων συστάσεως περιεκτική, καὶ δύναμις τῆς ὅλης κτίσεως ποιητική· υἱὸς ἀληθινὸς ἀληθινοῦ πατρὸς, ἀόρατος τοῦ ἀοράτου, καὶ ἄφθαρτος ἀφθάρτου, καὶ ἀθάνατος ἀθανάτου, καὶ ἀΐδιος ἀϊδίου. Καὶ ἓν Πνεῦμα ἅγιον, ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον· καὶ δι' υἱοῦ πεφηνὸς, [δηλαδὴ, τοῖς ἀνθρώποις·] εἰκὼν τοῦ υἱοῦ τελείου τελεία. ζωὴ, ζώντων αἰτία. πηγὴ ἁγία, ἁγιότης, ἁγιασμοῦ χορηγός· ἐν ᾧ φανεροῦται Θεὸς ὁ πατὴρ, ὁ ἐπὶ πάντων καὶ ἐν πᾶσι, καὶ Θεὸς ὁ υἱὸς, ὁ διὰ πάντων. τριὰς τελεία, δόξῃ καὶ ἀϊδιότητι καὶ βασιλείᾳ, μὴ μεριζομένη μηδὲ ἀπαλλοτριουμένη. οὔτε οὖν κτιστόν τι, ἢ δοῦλον ἐν τῇ τριάδι. οὔτε ἐπείσακτον, ὡς πρότερον μὲν οὐχ' ὑπάρχον, ὕστερον δὲ ἐπεισελθόν· οὔτε οὖν ἐνέλιπε ποτὲ υἱὸς πατρὸς, οὔτε υἱοῦ τὸ πνευμα, ἀλλ' ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος ἡ αὐτὴ τριὰς ἀεί.

Deus ex Deo; Character et Imago Deitatis. Verbum efficax. Sapientia constitutionis rerum universarum comprehensiva, et potentia universæ creaturæ effectiva. Filius verus veri Patris, invisibilis, ejus qui est invisibilis, et incorruptilis, ejus qui est incorruptilis, et immortalis, ejus qui est immortalis, et æternus æterni. Et unus Spiritus Sanctus, ex Deo existentiam habens, et qui per Filium apparuit, [scilicet hominibus] imago Filii perfecti perfecta; vita viventium causa; fons sanctus, sanctificationis suppeditator: In quo manifestatur Deus Pater, qui super omnia est et in omnibus, et Deus Filius, qui per omnia est. Trinitas perfecta, quæ gloria et æternitate et regno non dividitur, neque abalienatur. Non igitur creatum quid, aut servum in Trinitate, neque superinductitium, quasi prius non existens, posterius vero adveniens. Non ergo defuit unquam Filius Patri, neque Filio Spiritus; sed immutabilis et invariabilis eadem semper Trinitas.

Articulus IX.

De Peccato Originali.

Peccatum originis non est (ut fabulantur Pelagiani) in imitatione Adami situm, sed est vitium et depravatio naturæ cujuslibet hominis ex Adamo naturaliter propagati: qua fit, ut ab originali justitia quam longissime distet, ad malum sua natura propendeat, et caro semper adversus spiritum concupiscat: unde in unoquoque nacentium, iram Dei atque damnationem meretur. Manet etiam in renatis hæc naturæ depravatio. Qua fit ut affectus, Græce φρόνημα σαρκὸς (quod alii sapientiam, alii sensum, alii affectum, alii studium carnis interpretantur,) legi Dei non subjiciatur. Et quanquam renatis et credentibus nulla propter Christum est condemnatio, peccati tamen in sese rationem hab'ere concupiscentiam fatetur Apostolus.

Peccatum originis.] Διὰ τοῦτο ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον.—'Αλλ' ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ 'Αδὰμ μέχρι Μωσέως, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως 'Αδὰμ. *Rom.* v. 12. 14.—῞Ωσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοὶ, οὕτω καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί. *Rom.* v. 19.

Vitium et depravatio naturæ.] Οἶδα γὰρ ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ (τουτέστιν ἐν τῇ σαρκί μου) ἀγαθόν· τὸ γὰρ θέλειν παράκειταί μοι, τὸ δὲ κατεργάζεσθαι τὸ καλὸν, οὐχ εὑρίσκω. *Rom.* vii. 18.—Διότι

τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ἔχθρα εἰς Θεόν. Τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται· οὐδὲ γὰρ δύναται. **Rom.** viii. 7.

Ad malum propendeat.] *Οὐ προσθήσω ἔτι καταράσασθαι τὴν γῆν, διὰ τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων· ὅτι ἔγκειται ἡ διάνοια τοῦ ανθρώπου ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος αὐτοῦ.* **Gen.** viii. 21.

Caro adversus spiritum.] *Ἡ γὰρ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ Πνεύματος, τὸ δὲ Πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός· ταῦτα δὲ ἀντίκειται ἀλλήλοις, ἵνα μὴ ἃ ἂν θέλητε, ταῦτα ποιῆτε.* **Gal.** v. 17.

Iram Dei—meretur.] *Ἄρα οὖν ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος, εἰς πάντας ἀνθρώπους, εἰς κατάκριμα·* **Rom.** v. 18.—*Καὶ ἤμεν τέκνα φύσει ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποί·* **Eph.** ii. 3.

Manet in renatis.] *Ἐὰν εἴπωμεν ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς πλανῶμεν, καὶ ἡ ἀλήθεια οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν.* 1 **Joh.** i. 8.

Affectus, Græce φρόνημα σαρκὸς, &c.] Vide *Rom.* viii. 7. ut supra, ad verba "Vitium et depravatio naturæ."

Nulla propter Christum condemnatio.] *Οὐδὲν ἄρα νῦν κατάκριμα τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα.* **Rom.** viii. 1.

Fatetur Apostolus.] *Ἀλλὰ τὴν ἁμαρτίαν οὐκ ἔγνων εἰ μὴ διὰ νόμου· τήν τε γὰρ ἐπιθυμίαν οὐκ ᾔδειν, εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν· Οὐκ ἐπιθυμήσεις.* **Rom.** vii. 7.

Quum infantibus æque ac Adultis opus sit Mediatore; est sane in iis aliquid remittendum. Id vero, quid nisi peccatum? Porro quum eisdem non convenit imitatio, restat ut Peccatum hoc sit Vitium et depravatio naturæ.

Naturaliter prop. sic ab hoc reatu eximitur Christus, qui *supernaturaliter* est propagatus.

v. *Pearson* on the Creed, Article 3.

Iram Dei &c. Hoc vero, non ideo quod vetiti fructus comesi crimen Adami posteris imputet Deus, quod quidem ipsi Adamo resipiscenti condonasse creditur; sed quod isto peccato Adamus naturam suam penitus corruperit, et ex corrupto Parente corrupta itidem nascamur progenies. Originali enim Justitia amissa nihil boni in nobis manet, sed ad malum omne naturaliter propendemus: proinde sumus *natura filii iræ* Eph. ii. 3. Et quid mirum, si ab impuris nobis et a Deo aversis aversus etiam sit purissimus Deus? Id potius mirandum, quod perditis adeo

deploratisque ulla tandem inventa sit ad salutem via.

Nowelli Catech. Homily of the Nativity, and Hom. of the Passion, part 2. *Wall's* Hist. of Inf. Bapt. part 1. c. 19. *Prideaux* Fasc. Contr. C. 3. Q. 3.

Manet etiam &c. Hoc certe in dubium revocari non potest, quod tristi nimis experientia plus satis constat.

Peccati tamen &c. Infirmitatis saltem; nisi enim Voluntatem secum rapiat, Voluntarium certe non est, neque in condemnationem renatis imputabitur.

Nowelli Cat. *Prideaux* Fasc. Contr. C. 3. Q. 5. *Jewel's* Def. Apol. part 2. c. 11. Div. 3. *Field* of the Church, l. 3. c. 26. *Pearson* on the Creed, Art. 10.

Clemens Romanus.—Ἔτι δὲ καὶ περὶ Ἰὼβ οὕτω γέγραπται. Ἰὼβ ἦν δίκαιος καὶ ἄμεμπτος, ἀληθινὸς, θεοσεβὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς κακοῦ· ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτοῦ κατηγορῶν λέγει, Οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, οὐδὲ εἰ μιᾶς ἡμέρας ἡ ζωὴ αὐτοῦ. *c.* 17.

Præterea de Job sic scriptum est, Job erat justus, sine crimine, verax, colens Deum, abstinens ab omni malo: sed ille seipsum accusans dicit, Nemo mundus a sorde, etsi vita ejus unius diei fuerit.



Irenæus.—Quemadmodum in initio per primos, omnes in servitutem redacti sumus debito mortis; sic in ultimo per novissima [f. novissimum] omnes qui ab initio discipuli, emundati et abluti quæ sunt mortis in vitam veniunt Dei. *adv. Hær. l.* 4. *c.* 39.

——Deum: quem in primo quidem Adam offendimus, non facientes ejus præceptum; in secundo autem Adam reconciliati sumus, obedientes usque ad mortem facti. Neque enim alteri cuidam eramus debitores, sed illi, cujus præceptum transgressi fueramus a principio. *id. l.* 5. *c.* 16.

Cyprianus.—Neminem sine sorde, et sine peccato esse, apud *Job*, Quis enim mundus a sordibus? nec unus, etiamsi unius diei sit vita ejus in terra. Item in *Psalmo* 50.

Ecce in iniquitatibus conceptus, et in delictis concepit me mater mea. Item in Epistola Joannis: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus et veritas in nobis non est. Testim. ad Quirinum, l. 3. c. 54.*

Porro autem, si etiam gravissimis delictoribus et in Deum multum ante peccantibus, cum postea crediderint, remissa peccatorum datur, et a baptismo atque a gratia nemo prohibetur; quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccavit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquæ prima nativitate contraxit? qui ad remissam peccatorum accipiendam hoc ipso facilius accedit, quod illi remittuntur non propria, sed aliena peccata. *Epist.* 64.

Articulus X.

De libero Arbitrio.

Ea est hominis post lapsum Adæ conditio, ut sese naturalibus suis viribus, et bonis operibus, ad fidem et invocationem Dei convertere, ac præparare non possit. Quare absque gratia Dei (quæ per Christum est) nos præveniente, ut velimus; et cooperante dum volumus, ad pietatis opera facienda, quæ Deo grata sunt et accepta, nihil valemus.

Ad fidem et invocationem &c.] Τῇ γὰρ χάριτί ἐστε σεσωσμένοι διὰ τῆς πίστεως· καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν· Θεοῦ τὸ δῶρον· *Eph.* ii. 8.—Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα συναντιλαμβάνεται ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν· τὸ γὰρ τί προσευξώμεθα καθὸ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν, ἀλλ' αὐτὸ τὸ Πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις. *Rom.* viii. 26.

Quare absque gratia Dei &c.] Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, ὑμεῖς τὰ κλήματα· ὁ μένων ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν αὐτῷ, οὗτος φέρει καρπὸν πολύν· ὅτι χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν. *Joh.* xv. 5.—Χάριτι δὲ

Θεοῦ εἰμι ὅ εἰμι· καὶ ἡ χάρις αὐτοῦ ἡ εἰς ἐμὲ, οὐ κενὴ ἐγενήθη, ἀλλὰ περισσότερον αὐτῶν πάντων ἐκοπίασα· οὐκ ἐγὼ δὲ, ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί. 1 *Cor.* xv. 10.—*Ὁ Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν, ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας.* *Phil.* ii. 13.

Hominem creavit Deus in suo genere perfectum, et libero ad bonum æque ac malum arbitrio. Sed ex hac libertate Homo in peccatum lapsus decidit, Arbitrii sui vires infregit, quoad bonum liber esse desiit, et factus est Servus peccati. Exinde enim ea est humani Intellectus cæcitas, ea Voluntatis perversitas, isque Passionum appetituumque impetus, ut Homo sibi relictus neque cernere neque eligere possit ea quæ vere bona sunt, sed in contraria rapiatur. Quare Apostolus ait, Eos qui in carne sunt, Deo placere non posse. *Rom.* viii. 8. Hinc nobis opus est ad omne bonum Sancti Spiritus auxilio. Quod cum excellentissimum sit Dei donum, gratisque datum, *Gratia κατ' ἐξοχήν* dicitur. Et nulli quidem deesse videtur, qui non deest sibi.

Bonis operibus. Opera ante gratiam Christi facta possunt quandam boni speciem præ se ferre, unde *bona* dicuntur, sed improprie. Bona enim revera non sunt. v. Art. 13.

Quare absque gratia Dei &c. Neque enim credere possumus nisi Deus aperiat corda, *Act.* vi. 14. neque velle, neque agere, nisi ille utrumque in nobis operetur. *Phil.* ii. 13.

Nowelli Catech. *Hammond's* Pract. Cat. l. 5. §. 4. *Wall's* Hist. of Inf. Bapt. part 1. c. 19. *Prideaux* Fasc. Contr. C. 3. Q. 4. *Hall's* Roma Irreconcil. §. 8. *Field* of the Church, p. 281. *Pearson* on the Creed, Art. 8.

Quæ per Christum est. Omnia Spiritualia beneficia, quæ Deus in homines contulit, per et propter Christum solum contulit. Quapropter Veteres etiam quotquot Deo placuerunt (quosdam autem ex Veteribus Deo placuisse constat, *Heb.* xi. 5.) id fecerunt non proprii Arbitrii viribus, sed gratia Dei adjuti, quæ tunc etiam erat per Christum. Hic enim meritis suis omnes mundi ætates affecit, ideoque dicitur Agnus mactatus a jactis mundi fundamentis. *Apoc.* xiii. 8. Hic etiam Articulus Pelagianos ferit, qui asseruerunt homines naturalibus suis viribus satis esse instructos ad bona opera facienda, et gratiam Dei, qua facilius ejus jussa observemus, secundum merita nostra dari. v. *Augustin.* de Hær. c. 88.

Clemens Alexandrinus.—*Καθ' αὑτὸν μὲν ἀσκῶν καὶ διαπονούμενος ἀπαθείαν ἄνθρωπος, οὐδὲν ἀνύει· ἐὰν δὲ γένηται δῆλος ὑπερεπιθυμῶν τοῦτου καὶ διεσπουδακὼς, τῇ προσθήκῃ τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως περιγίνεται. Βουλομέναις μὲν γὰρ ὁ Θεὸς ταῖς ψυχαῖς συνεπιπνεῖ. Quis dives sal.* c. 21.

Homo a se operam ponens et laborans ut pravos affectus comprimat, nihil perficit: at si vehementius cupiat, et diligentiam omnem adhibeat, accessu divinæ virtutis, voti fit compos. Deus enim volentibus animis aspirat.

Irenæus.—Propter hoc ergo signum salutis nostræ, eum qui ex Virgine Emmanuel est, ipse Dominus dedit, quoniam ipse Dominus erat qui salvabat eos, quia per semet ipsos non habebant salvari: et propter hoc Paulus infirmitatem hominis annuntians, ait; *Scio enim quoniam non habitat in carne mea bonum:* significans, quoniam non a nobis, sed a Deo est bonum salutis nostræ. Et iterum: *Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Deinde infert liberatorem; *Gratia Jesu Christi Domini nostri. adv. Hær. l.* 4. *c.* 22.

Nec enim potest quisquam extra Dominica constitutus bona, sibimetipsi acquirere salutis elementa. *id. l.* 4. *c.* 27.

Tertullianus.—Sic ipse pronuntiavit, non suam, sed Patris facere se voluntatem: sine dubio quæ faciebat, ea erant voluntas patris, ad quæ nunc nos veluti ad exemplaria provocamur, ut et prædicemus, et operemur, et sustineamus ad mortem usque. Quæ ut ut implere possimus, opus est Dei voluntate. *de Oratione, c.* 4.

Articulus XI.

De Hominis Justificatione.

Tantum propter meritum Domini ac Servatoris nostri Jesu Christi, per fidem, non propter opera et merita nostra, justi coram Deo reputamur. Quare sola fide nos justificari, doctrina est saluberrima, ac consolationis plenissima, ut in homilia de Justificatione hominis fusius explicatur.

Propter meritum Domini.] Δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι, διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. *Rom.* iii. 24. —Τέλος γὰρ νόμου Χριστὸς, εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι. *Rom.* x. 4.

Per fidem.] Λογιζόμεθα οὖν, πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον, χωρὶς ἔργων νόμου. *Rom.* iii. 28.—Εἰδότες ὅτι οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος ἐξ ἔργων νόμου, ἐὰν μὴ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ ἡμεῖς εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν ἐπιστεύσαμεν, ἵνα δικαιωθῶμεν ἐκ πίστεως Χριστοῦ, καὶ οὐκ ἐξ ἔργων νόμου· διότι οὐ δικαιωθήσεται ἐξ ἔργων νόμου πᾶσα σάρξ. *Gal.* ii. 16.

Doctrina saluberrima &c.] Δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως, εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· Δι' οὗ καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν τῇ πίστει εἰς τὴν χάριν ταύτην ἐν ᾗ ἑστήκαμεν, καὶ καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. *Rom.* v. 1, 2.

Quum optima etiam optimorum opera sint imperfecta, adeo ut, si Deus intraret in judicium cum servis suis, nemo in conspectu ejus justificaretur; (*Psal.* cxliii. 2.) sequitur, omnes, quotquot justificantur, tantum propter merita Christi justificari per Fidem, vivam sc. quæ per Charitatem operatur. *Galat.* v. 6.

Per fidem. Nota *per* fidem nos justificari, non *propter* fidem. Neque enim Fidei nostræ plus meriti inest quam Operibus; quum ipsa etiam sit in nobis imperfecta, et tota, quantacunque

sit, sit Dei donum: *Ephes.* ii. 8. Fides igitur non est causa, sed conditio Justificationis nostræ, quæ soli Dei benignitati meritisque Christi attribuenda est.

Sola fide. Vera fide haud citius imbuitur animus, quam Homo justus coram Deo reputatur. *Corde* enim *Creditur ad Justitiam*: Rom. x. 10. Ast oris etiam confessio, cæteraque bona opera requiruntur ad salutem, ubi ea faciendi adest facultas. Sin vero hæc desit, Fides sola sufficit.

Nowelli Catech. Homilies of Salvation and Faith. *Hammond* Pract. Cat. l. 1. §. 4. *Prideaux* Fasc. Contr. C. 5. Q. 5. *Blackhall* on *James* v. 24. *Hooker's* Discourse of Justification. *Hall's* Roma Irreconcil. §. 7. *Jewel's* Def. Apol. part 1. ch. 9. Div. 4.

Clemens Romanus.—*Καὶ ἡμεῖς οὖν διὰ θελήματος αὐτοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ κληθέντες, οὐ δι' ἑαυτῶν δικαιούμεθα, οὐδὲ διὰ τῆς ἡμετέρας σοφίας, ἢ συνέσεως, ἢ εὐσεβείας, ἢ ἔργων ὧν κατειργασάμεθα ἐν ὁσιότητι καρδίας· ἀλλὰ διὰ τῆς πίστεως, δι' ἧς πάντας τοὺς ἀπ' αἰῶνος ὁ παντοκράτωρ Θεὸς ἐδικαίωσεν. Epist. ad Cor. c.* 32.

Nos etiam ex voluntate ejus in Christo Jesu vocati, non per nos ipsos justificamur, neque per sapientiam nostram, intelligentiam, pietatem, vel opera quæ in sanctitate cordis operati sumus; sed per Fidem, per quam Deus omnipotens omnes ab initio justificavit.

Irenæus.—Fides quæ est ad Deum altissimum justificat hominem, *adver. Hær. l.* 4. *c.* 13. *Justus enim ex fide vivet.* Hoc autem, quoniam justus ex fide vivet, per prophetas prædictum fuerat. *ib. c.* 67.

Cyprianus.—Fidem in totum prodesse et tantum nos posse quantum credimus; in *Genesi:* Et credidit *Abraham* Deo et deputatum est ei ad Justitiam. *Testim. ad Quirim. l.* 3. *c.* 43.

Et circa *Abraham* benedictio illa præcedens, ad nostrum

populum pertinebat. Nam si *Abraham* Deo credidit, et deputatum est ei ad Justitiam; utique quisquis Deo credit, et fide vivit, justus invenitur. *Epist.* 63.

Articulus XII.

De bonis Operibus.

Bona opera, quæ sunt fructus fidei, et justificatos sequuntur, quanquam peccata nostra expiare, et divini judicii severitatem ferre non possunt: Deo tamen grata sunt, et accepta in Christo; atque ex vera et viva fide necessario profluunt, ut plane ex illis æque fides viva cognosci possit, atque arbor ex fructu judicari.

Bona opera—fructus fidei &c.] Ἀλλ' ἐρεῖ τις· Σὺ πίστιν ἔχεις, κἀγὼ ἔργα ἔχω· δεῖξόν μοι τὴν πίστιν σου ἐκ τῶν ἔργων σου, κἀγὼ δείξω σοι ἐκ τῶν ἔργων μου τὴν πίστιν μου. *Jac.* ii. 18.—Βλέπεις ὅτι ἡ πίστις συνήργει τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν ἔργων ἡ πίστις ἐτελειώθη; *Jac.* ii. 22.

Quanquam peccata nostra &c.] Δι' ἑαυτοῦ καθαρισμὸν ποιησάμενος τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς. *Heb.* i. 3.—Καὶ μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου, ὅτι οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν. *Ps.* cxliii. 2.

Deo grata sunt.] Τῆς δὲ εὐποιΐας καὶ κοινωνίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε· τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ Θεός. *Heb.* xiii. 16.—Περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ Κυρίου εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν· ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ καρποφοροῦντες καὶ αὐξανόμενοι εἰς τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ Θεοῦ. *Col.* i. 10.

Ex vera et viva fide.] Οὕτω καὶ ἡ πίστις, ἐὰν μὴ ἔργα ἔχῃ, νεκρά ἐστι καθ' ἑαυτήν. *Jac.* ii. 17.—Ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. *Matt.* vii. 16.

Opera bona etiamsi non meritoria, attamen grata esse Deo, et per Christum accepta ex eo constat, quod Deus nos creaverit in Christo Jesu ad bona opera: *Ephes.* ii. 10. et Christus semet ipsum dederit, ut purificaret sibi populum peculiarem studiosum bonorum operum: *Tit.* iii. 14. Qui etiam redditurus est unicuique secundum opera sua: *Rom.* ii. 6. Imperfecta quidem sunt nostra opera, adeo ut divini judicii severitatem ferre non possint, multo minus peccata nostra expiare, quin ipsa potius sint Christi meritis expianda. Hujus autem gratia benigne nobiscum agit Deus, non severe de nobis judicat, sed impotentiæ nostræ miseretur, et bene, imperfecte licet, agentibus infinita statuit prœmia.

Ex vera &c. Vera fides charitatem sibi semper adjunctam habet, ideoque nec otiosa est, nec infrugifera; Porro quisquis Evangelio veram fidem habet, bonis operibus operam dabit; siquis aliter fecerit, is vel nullam omnino fidem habet, vel mortuam.

Homily of Faith. *Nowelli* Catech. *Hammond's* Pract. Cat. l. 1. §. 3. Whole Duty of Man, Sunday the first. *Jewel's* Def. Apol. part 2. c. 20. Div. 1.

Ignatius.—*Ἡ δὲ πίστις ὑμῶν ἀναγωγεὺς ὑμῶν, ἡ δὲ ἀγάπη ὁδὸς ἡ ἀναφέρουσα εἰς θεόν.*——*Οὐδεὶς πίστιν ἐπαγγελλόμενος ἁμαρτάνει, οὐδὲ ἀγάπην κεκτημένος μισεῖ· φανερὸν τὸ δένδρον ἀπὸ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ, οὕτως οἱ ἐπαγγελλόμενοι Χριστιανοὶ εἶναι δι᾽ ὧν πράσσουσιν ὀφθήσονται. Epist. ad Ephes.*

Clemens Romanus.—*Ἀβραὰμ, ὁ φίλος προσαγορευθεὶς, πιστὸς εὑρέθη, ἐν τῷ αὐτὸν ὑπήκοον γενέσθαι τοῖς ῥήμασι τοῦ Θεοῦ· Epist. ad Cor. c.* 10.

Fides vestra dux vester, charitas vero via referens ad Deum.——Nullus fidem repromittens peccat, neque charitatem possidens odit. Manifesta est arbor a fructu ipsius. Sic repromittentes Christiani esse per quæ operantur manifesti erunt.

Abrahamus, amicus vocatus, fidelis inventus est, eo quod verbis Dei obediens fuerit.

Justinus Martyr.—Οἱ δ' ἂν μὴ εὑρίσκωνται βιοῦντες ὡς ἐδίδαξε, γνωριζέσθωσαν μὴ ὄντες Χριστιανοὶ κἂν λέγωσιν διὰ γλώττης τὰ τοῦ Χριστοῦ διδάγματα· οὐ γὰρ τοὺς μόνον λέγοντας, ἀλλὰ τοὺς τὰ ἔργα πράττοντας σωθήσεσθαι ἔφη. *Apolog.* I. c. 22.

Qui non ita vivere comperiuntur, sicut Is docuit, notum sit hos non esse Christianos, quamvis doctrinam Christi lingua profiteantur. Non enim profitentes tantum, sed opera facientes salvandos dixit.

Articulus XIII.

De Operibus ante Justificationem.

Opera quæ fiunt ante gratiam Christi, et Spiritus ejus afflatum, cum ex fide Jesu Christi non prodeant, minime Deo grata sunt, neque gratiam (ut multi vocant) de congruo merentur. Immo cum non sint facta ut Deus illa fieri voluit et præcepit, peccati rationem habere non dubitamus.

Opera quæ fiunt &c.] Οὐ δύναται—δένδρον σαπρὸν καρποὺς καλοὺς ποιεῖν. *Matt.* vii. 18.—Οἴδαμεν δὲ ὅτι ὅσα ὁ νόμος λέγει, τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ· ἵνα πᾶν στόμα φραγῇ, καὶ ὑπόδικος γένηται πᾶς ὁ κόσμος τῷ Θεῷ. *Rom.* iii. 19.—Χωρὶς δὲ πίστεως ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι· πιστεῦσαι γὰρ δεῖ τὸν προσερχόμενον τῷ Θεῷ, ὅτι ἐστὶ, καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται. *Heb.* xi. 6.

Peccati rationem.] Τοῖς δὲ μεμιασμένοις καὶ ἀπίστοις οὐδὲν καθαρὸν, ἀλλὰ μεμίανται αὐτῶν καὶ ὁ νοῦς καὶ ἡ συνείδησις. *Tit.* i. 15.

Ut opera sint perfecte bona, oportet ut a bono fluant principio, *viz.* a Fide, et in bonum finem tendant, *viz.* Dei gloriam; prorsus ut ne minima ex parte deficiant. Quis vero mortalium ante, quin

et post Christi gratiam, in bene agendo eo usque felix? Opera igitur Infidelium, utcunque splendida, ob imperfectionem nihil possunt mereri, et ob defectus mala potius censenda sunt quam bona.

Homily of good Works, part 1. *Sanderson* on *Rom.* iii. 8. §. 3, 4. *Nowelli* Catech. *Field* of the Church.

De congruo mer. Quidam ex Scholasticis duplex fingunt Meritum: Meritum *de congruo* et Meritum *de condigno.* Hoc attribuunt operibus, quæ Homo Gratia adjutus præstat, et quibus ex *Justitia* debetur Merces. Illud Operibus, quæ Homo ex solis liberi Arbitrii viribus præstat, et quibus Merces reddenda est *ex Liberalitate* tantum. Unde autem constaret hujusmodi Meritum, quum ex natura mali sumus omnes? In nobis enim non habitat Bonum: *Rom.* vii. 18. et Qui in carne sunt Deo placere non possunt: *Rom.* viii. 8. Ex putribus arboribus mali nascuntur fructus. *Matt.* vii. 17, 18. Proinde ab aliis, *Romanensibus* etiam, rejicitur hoc Meritum quasi *Pelagianismum* olens.

Ignatius.—*Οἱ σαρκικοὶ τὰ πνευματικὰ πράσσειν οὐ δύνανται, οὐδὲ ἡ ἀπιστία τῆς πίστεως. Epist. ad Ephes.*

Carnales spiritualia operari non possunt, neque Infidelitas quæ Fidei.

Irenæus.—Quemadmodum oleaster, si non percipiat insertionem, perseverat inutilis suo Domino per suam silvestrem qualitatem; et quasi infructuosum lignum exciditur et in ignem mittitur; sic et homo non assumens per fidem Spiritus insertionem, perseverat hoc esse quod erat ante, caro et sanguis Regnum Dei non possidens. *adv. Hæres. l.* 5. *c.* 10.

ARTICULUS XIV.

De Operibus Supererogationis.

OPERA quæ supererogationis appellant, non possunt sine arrogantia et impietate prædicari. Nam illis declarant homines, non tantum se Deo reddere quæ tenentur, sed plus in ejus gratiam facere, quam deberent: cum aperte Christus dicat; Cum feceritis omnia quæcunque præcepta sunt vobis, dicite, Servi inutiles sumus.

Non sine arrogantia.] Ἄνθρωποι δύο ἀνέβησαν εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι· ὁ εἷς Φαρισαῖος, καὶ ὁ ἕτερος τελώνης. κ. τ. λ. *Luc.* xviii. 10—14.

Cum aperte Christus dicat.] Οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ποιήσητε πάντα τὰ διαταχθέντα ὑμῖν, λέγετε· Ὅτι δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν· ὅτι ὃ ὠφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν. *Luc.* xvii. 10.

Quum lex Dei sit omni ex parte perfecta, et omne bonum opus a nobis exigat; quum etiam Deum ex tota anima totisque viribus amare jubeamur, (*Luc.* x. 27.) iste autem Amor ad omne bonum opus impellit; quis restat locus operibus supererogationis? et unde esset homo Dei lege perfectior, ipsa sc. omnis perfectionis norma, et quæ Deum ipsum in bene agendi exemplar homini proponit? *Matt.* v. 48. Tantum abest ut ultra debitum quis bonus sit, ut neque officium suum quis expleat. Quare, omni *supererogandi* opinione abjecta, ut sua sibi debita remittantur vel optimo cuique quotidie orandum est: ut vero quis *debitor* simul esset atque *supererogator*, est plane absurdum.

Patrick's Ans. to the Touchstone §. 18. *Field* of the Church.

CYPRIANUS.—In nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit; in Evangelio κατὰ Joannem: *Nemo potest quid-*

quam accipere, nisi datum fuerit illi de cœlo &c. *Testim. l.* 3. *c.* 4.

Quod nemo in opere suo extolli debeat; apud *Salomonem in Ecclesiastico: Nolito extollere in faciendo opere tuo.* Item in Evangelio κατὰ *Lucam: Quis vestrum habens servum arantem, aut pastorem, et venienti de agro dicit continuo, transi, recumbe? sed dicit illi, para aliquid quod cœnem, et accingere, et ministra mihi, donec manducem et bibam: et postea tu manducabis et bibes. Numquid habet gratiam servo illi, qui fecit quæ ei imperata sunt? sic itaque et vos cum perfeceritis quæ vobis imperata sunt, dicite: Servi supervacui sumus: quod habuimus facere, fecimus. ib. c.* 51.

Articulus XV.

De Christo, qui solus est sine peccato.

Christus, in nostræ naturæ veritate, per omnia similis factus est nobis, excepto peccato, a quo prorsus erat immunis, tum in carne tum in spiritu. Venit ut agnus, absque macula, qui mundi peccata per immolationem sui semel factam tolleret; et peccatum (ut inquit Johannes) in eo non erat: sed nos reliqui etiam baptizati, et in Christo regenerati, in multis tamen offendimus omnes. Et si dixerimus, quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est.

Christus—per omnia similis—excepto peccato.] Οὐ γὰρ ἔχομεν ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, πεπειρασμένον δὲ κατὰ πάντα καθ' ὁμοιότητα, χωρὶς ἁμαρτίας. *Heb.* iv. 15. —Ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. 1 *Pet.* ii. 22.

Agnus.] Τῇ ἐπαύριον βλέπει ὁ Ἰωάννης τὸν Ἰησοῦν ἐρχόμενον πρὸς αὐτὸν, καὶ λέγει· Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. *Joh.* i. 29.—Νῦν δὲ ἅπαξ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ πεφανέρωται. *Heb.* ix. 26.

Inquit Johannes.] Καὶ ἁμαρτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστι. 1 *Joh.* iii. 5.

Offendimus omnes.] Πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες. *Jac.* iii. 2.

Si dixerimus.] 1 *Joh.* i. 8. ut supra, Art. 9.

Christus etsi, æque ac nos, Homo, omni tamen peccati labe fuit immunis; quod si Ille alicujus peccati fuisset reus, ipsi, uti et nobis, alio Redemptore opus fuisset. At quis tandem ille Christi Redemptor?

Nowelli Catech. *Pearson* in Symb. Art. 3. *Scott's* Christian life, part 2. c. 7. §. 5.

Sed nos reliqui &c. Nemo enim mortalium, Christo solo excepto, perfecte bonus. Pauci quidem in Scriptura dicuntur justi, ex gr. *Noah*, *Job*, *Zacharias*; sed *comparative* tantum, et secundum gratuitam Dei misericordiam; qui animi sinceritatem pro absoluta perfectione accipit.

Nowelli Catech. *Jewel's* Apol. Defens. part 2. c. 19. Divis. 1. *Mason* de Minist. Angl. l. 5. c. 5. §. 8. *Field* of the Church.

Irenæus.—Si quis secundum hoc, alteram dicit Domini carnem a nostra carne, quoniam ista quidem non peccavit, neque inventus est dolus in anima ejus, nos autem peccatores, recte dicit. *l.* 5. *c.* 14.

Tertullianus.—Sunt quædam delicta cotidianæ incursionis, quibus omnes sumus objecti. Cui enim non accidit aut irasci inique et ultra Solis occasum, aut et manum immittere, aut facile maledicere, aut temere jurare, aut fidem pacti destruere, aut verecundia aut necessitate mentiri? in negotiis, in officiis, in quæstu, in victu, in visu, in auditu, quanta tentamur? ut si nulla sit venia istorum, nemini salus eompetat. *de pudicitia. cap.* 19.

Articulus XVI.

De Peccato post Baptismum.

Non omne peccatum mortale post Baptismum voluntarie perpetratum est peccatum in Spiritum Sanctum, et irremissibile. Proinde lapsis a Baptismo in peccata, locus pœnitentiæ non est negandus. Post acceptum Spiritum Sanctum possumus a gratia data recedere, atque peccare, denuoque per gratiam Dei resurgere, ac resipiscere: ideoque illi damnandi sunt, qui se quamdiu hic vivant, amplius non posse peccare affirmant, aut vere resipiscentibus veniæ locum denegant.

Non omne peccatum—irremissibile.] Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι πάντα ἀφεθήσεται τὰ ἁμαρτήματα τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, καὶ βλασφημίαι ὅσας ἂν βλασφημήσωσιν. *Marc.* iii. 28.

Locus pœnitentiæ non negandus.] Ἀδελφοι, ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἔν τινι παραπτώματι, ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον ἐν πνεύματι πρᾳότητος· σκοπῶν σεαυτὸν μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς. *Gal.* vi. 1.

Possumus a Gratia data recedere &c.] Ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σοῦ, ἵνα μὴ ἐκλείπῃ ἡ πίστις σοῦ. *Luc.* xxii. 32.— Τῇ ἀπιστίᾳ ἐξεκλάσθησαν, σὺ δὲ τῇ πίστει ἕστηκας· μὴ ὑψηλοφρόνει, ἀλλὰ φοβοῦ. *Rom.* xi. 20.—Καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· οὐ περὶ τῶν ἡμετέρων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου. 1 *Joh.* ii. 2.

Damnandi sunt, &c.] Ἐὰν εἴπωμεν ὅτι οὐχ ἡμαρτήκαμεν, ψεύστην ποιοῦμεν αὐτὸν, καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν. 1 *Joh.* i. 10.—Ὥστε τοὐναντίον μᾶλλον ὑμᾶς χαρίσασθαι, καὶ παρακαλέσαι, μήπως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος. Διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς κυρῶσαι εἰς αὐτὸν ἀγάπην. 2 *Cor.* ii. 7, 8.—

Μνημόνευε οὖν πόθεν ἐκπέπτωκας, καὶ μετανόησον, καὶ τὰ πρῶτα ἔργα ποίησον· εἰ δὲ μὴ, ἔρχομαί σοι ταχὺ, καὶ κινήσω τὴν λυχνίαν σου ἐκ τοῦ τόπου αὐτῆς, ἐὰν μὴ μετανοήσῃς. *Apoc.* ii. 5.

Omne peccatum est ex sua natura mortale, (*Rom.* vi. 23.) et in Spiritum Sanctum, æque ac Patrem et Filium; sed remissibile, modo non sit peccatum istud in Spiritum Sanctum *κατ' ἐξοχὴν* sic dictum. Hoc autem est *Blasphemia* in Spiritum Sanctum. Quo peccato eos solos teneri dicit *Hieronymus*, "qui cum in virtutibus videant opera Dei, calumnientur et clamitent dæmonis esse Virtutem: et omnia signa quæ facta sunt, non ad divinam magnificentiam, sed ad diabolum pertinere." *Hieronym.* ad Marcellam, Operum tom. 3. p. 141. Ed. *Froben.*

Tillotson on *Matt.* xii. 31, 32. *Kettlewell's* Measures of Obedience, l. 5. c. 6.

Post acceptum Spiritum Sanctum &c. Hoc patet ex exemplis *Davidis*, *Petri*, &c. Quamobrem cum erga peccatores resipiscentes se facilem præbeat Deus, non debet se difficilem præbere Ecclesia.

Homily of Repentance, part 1. *Kettlewell's* Measures of Obedience, l. 5. c. 1. *Goodman's* Penitent pardon'd, l. 3. c. 1. *Pearson* in Symbol. Art. 10.

Clemens Romanus.—*Ἀτενίσωμεν εἰς τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ ὃ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκχυθὲν, παντὶ τῷ κόσμῳ μετανοίας χάριν ὑπήνεγκεν.* *Epist. ad Cor. c.* 7.

Ignatius.—*Πᾶσιν οὖν μετανοοῦσιν ἀφίει ὁ κύριος, ἐὰν μετανοήσωσιν εἰς ἑνότητα Θεοῦ καὶ συνέδριον τοῦ ἐπισκόπου.* *Epist. ad Philadelph.*

Clemens Alexandrinus.—*Παντὶ τῷ μετ' ἀληθείας*

Respiciamus ad sanguinem Christi, qui propter nostram salutem effusus toti mundo pœnitentiæ gratiam obtulit.

Omnibus pœnitentibus dimittit Dominus; si pœniteant in unitatem Dei et concilium Episcopi.

Omni sincere ex toto corde ad Deum converso apertæ

ἐξ ὅλης τῆς Καρδίας ἐπιστρέψαντι πρὸς τὸν Θεὸν ἀνεῴγασιν αἱ θύραι, καὶ δέχεται τρισάσμενος πατὴρ υἱὸν ἀληθῶς μετανοοῦντα. Quis Dives salv. c. 39.

sunt portæ, et Pater libens valde suscipit filium vere pœnitentem.

Irenæus.—Timor Domini initium intelligentiæ; intellectus vero transgressionis fecit pœnitentiam: pœnitentibus autem benignitatem suam largitur Deus. *adv Hær. l. 3. c. 37.*

Cyprianus.—Statueramus quidem jampridem, frater charissime, participato invicem nobiscum consilio, ut qui in persecutionis infestatione supplantati ab adversario et lapsi fuissent, et sacrificiis se illicitis maculassent, agerent diu pœnitentiam plenam, et si periculum infirmitatis urgeret, pacem sub ictu mortis acciperent. Nec enim fas erat, aut permittebat paterna pietas et Divina clementia, Ecclesiam pulsantibus claudi, et dolentibus ac deprecantibus spei salutaris subsidium denegari, ut de sæculo recedentes sine communicatione et pace ad Dominum dimitterentur; quando promiserit ipse, qui legem dedit, ut ligata in terris etiam in cœlis ligata essent; solvi autem possent illic, qui hic prius in Ecclesia solverentur. *Epist. 57.*

Articulus XVII.

De Prædestinatione et Electione.

Prædestinatio ad vitam est æternum Dei propositum, quo ante jacta mundi fundamenta, suo consilio, nobis quidem occulto, constanter decrevit eos

quos in Christo elegit ex hominum genere, a maledicto et exitio liberare, atque (ut vasa in honorem efficta) per Christum, ad æternam salutem adducere, Unde qui tam præclaro Dei beneficio sunt donati, illi, Spiritu ejus opportuno tempore operante, secundum propositum ejus vocantur, vocationi per gratiam parent, justificantur gratis, adoptantur in filios Dei, unigeniti ejus Jesu Christi imagini efficiuntur conformes, in bonis operibus sancte ambulant, et demum ex Dei misericordia pertingunt ad sempiternam felicitatem.

Quemadmodum prædestinationis et electionis nostræ in Christo pia consideratio, dulcis, suavis, et ineffabilis consolationis plena est, vere piis, et his qui sentiunt in se vim Spiritus Christi, facta carnis, et membra quæ adhuc sunt super terram, mortificantem, animumque ad cœlestia et superna rapientem, tum quia fidem nostram de æterna salute consequenda per Christum plurimum stabilit atque confirmat, tum quia amorem nostrum in Deum vehementer accendit: Ita hominibus curiosis, carnalibus, et Spiritu Christi destitutis, ob oculos perpetuo versari prædestinationis Dei sententiam, perniciosissimum est præcipitium, unde illos diabolus protrudit, vel in desperationem, vel in æque perniciosam impurissimæ vitæ securitatem. Deinde promissiones divinas sic amplecti oportet, ut nobis in sacris literis generaliter propositæ sunt, et Dei voluntas in nostris

actionibus ea sequenda est, quam in verbo Dei habemus diserte revelatam.

Ante jacta mundi fundamenta &c.] Καθὼς ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου, εἶναι ἡμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ ἐν ἀγάπῃ· Προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτὸν, κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ. *Eph.* i. 4, 5.—Ἐν ᾧ καὶ ἐκληρώθημεν, προορισθέντες κατὰ πρόθεσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ. *Eph.* i. 11.—Τοῦ σώσαντος ἡμᾶς, καὶ καλέσαντος κλήσει ἁγίᾳ, οὐ κατὰ τὰ ἔργα ἡμῶν, ἀλλὰ κατ' ἰδίαν πρόθεσιν, καὶ χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ πρὸ χρόνων αἰωνίων. 2 *Tim.* i. 9.

A maledicto—liberare.] Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. *Gal.* iii. 13.

Ut vasa in honorem effecta.] Καὶ ἵνα γνωρίσῃ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ ἐπὶ σκεύη ἐλέους, ἃ προητοίμασεν εἰς δόξαν. *Rom.* ix. 23.

Spiritu ejus operante.] Ἐκλεκτοῖς—κατὰ πρόγνωσιν Θεοῦ πατρὸς ἐν ἁγιασμῷ Πνεύματος, εἰς ὑπακοὴν καὶ ῥαντισμὸν αἵματος Ἰησοῦ Χριστοῦ. 1 *Pet.* i. 1, 2.

Secundum propositum ejus vocantur.] Οἴδαμεν δὲ ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθὸν, τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν. *Rom.* viii. 28.

Vocationi per gratiam parent.] Χάρις δὲ τῷ Θεῷ, ὅτι ἦτε δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας, ὑπηκούσατε δὲ ἐκ καρδίας εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς. Ἐλευθερωθέντες δὲ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ. *Rom.* vi. 17, 18.

Justificantur gratis.] Δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι, διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. *Rom.* iii. 24.

Adoptantur in filios Dei.] Ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν. Ὅτι δέ ἐστε υἱοὶ, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν. *Gal.* iv. 5, 6.

Jesu Christi imagini efficiuntur conformes.] Ὅτι οὓς προέγνω, καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. *Rom.* viii. 29.

In bonis operibus sancte ambulant.] Αὐτοῦ γάρ ἐσμεν ποίημα, κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, οἷς προητοίμασεν ὁ Θεὸς ἵνα ἐν αὐτοῖς περιπατήσωμεν. *Eph.* ii. 10.

Et demum ex Dei misericordia &c.] Τότε ἐρεῖ ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ· Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. *Matt.* xxv. 34.—Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος ἀναγεννήσας ἡμᾶς εἰς ἐλπίδα ζῶσαν δι' ἀναστάσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκ νεκρῶν· Εἰς κληρονομίαν ἄφθαρτον καὶ ἀμίαντον καὶ ἀμάραντον, τετηρημένην ἐν οὐρανοῖς εἰς ἡμᾶς. 1 *Pet.* i. 3, 4.

Totius Articuli Veritas ex Textibus in margine citatis satis patet. Monitum autem Lectorem velim Electionis tantum Gratiam inibi assertam esse; Reprobationis autem Severitatem intactam prorsus relinqui. Atque ut hic se sistat hortor, et curiositati frænum injiciat. Prædestinationis enim doctrina est profunda quædam Abyssus, in qua scrutanda Juniorum animos occupari parum expedit. Multo minus decet Concionatores de altis hisce mysteriis negotium populo facessere, sed promissiones divinas generaliter proponere, ut in sacris literis propositæ sunt, et ut nos eas amplecti oportet.

Ignatius.—Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, τῇ εὐλογημένῃ ἐν μεγέθει Θεοῦ πατρὸς καὶ πληρώματι, τῇ προωρισμένῃ πρὸ αἰώνων διὰ παντὸς εἰς δόξαν παράμονον, τῇ Ἐκκλησίᾳ τῇ οὔσῃ ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας.

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, ἠγαπημένῃ Θεῷ Πατρὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίᾳ ἁγίᾳ, τῇ οὔσῃ ἐν Τράλλεσιν τῆς Ἀσίας, ἐκλεκτῇ.

Clemens Romanus.—Ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἡ παροικοῦσα Ῥώμην τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ παροικούσῃ Κόρινθον,

Ignatius, qui et Theophorus, benedictæ in magnitudine Dei Patris et plenitudine, prædestinatæ ante sæcula semper in gloriam permanentem Ecclesiæ existenti in Epheso Asiæ.

Ignatius, qui et Theophorus, dilectæ Deo Patri Jesu Christi Ecclesiæ Sanctæ, existenti in Trallesiis Asiæ, electæ.

Ecclesia Dei quæ incolit Romam Ecclesiæ Dei quæ

κλητοῖς ἡγιασμένοις ἐν θελήματι Θεοῦ, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

incolit Corinthum, vocatis sanctificatis voluntate Dei per Dominum nostrum Jesum Christum.

Articulus XVIII.

De speranda æterna Salute tantum in Nomine Christi.

Sunt et illi Anathematizandi, qui dicere audent unumquemque in lege aut secta quam profitetur esse servandum, modo juxta illam, et lumen naturæ accurate vixerit; cum sacræ literæ tantum Jesu Christi nomen prædicent in quo salvos fieri homines oporteat.

Cum sacræ literæ—prædicent.] Καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῳ οὐδενὶ ἡ σωτηρία· οὔτε γὰρ ὄνομά ἐστιν ἕτερον ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τὸ δεδομένον ἐν ἀνθρώποις, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς. *Act.* iv. 12.

Hi certe, siqui alii, Anathemate digni, quibus inutile prorsus videtur Evangelium. Frustra etenim Evangelium revelavit Christus, et frustra per totum terrarum orbem prædicari jussit, si Fidem demum habentibus, et non habentibus, æque pateret in Cœlum aditus; quum tamen iis solis promittatur Salus, his autem æterna denuncietur damnatio, (*Mar.* xvi. 16.) quid de iis facturus sit Deus, apud quos nunquam prædicatus est Christus, nostrum non est decernere. Charitatis quidem est, de iis, siqui sint, qui ad rectæ rationis normam vitam moresque componant, bene sperare; at eosdem in pari cum Ecclesia Dei conditione collocare, summæ est audaciæ. De his autem silet Articulus; eosque solos Anathemate ferit, qui omnes Religiones susque deque

habent, quasi omnes Deus etiam perinde haberet; quum tamen Christi Religio sit unica ad salutem via a Deo instituta.

Sherlock of Judgment, c. 6.
Prideaux Fasc. Contr. c. 4. Q. 7.
Pearson on the Creed. Art. 9.

Ignatius.—Μηδεὶς πλανάσθω. Καὶ τὰ ἐπουράνια, καὶ ἡ δόξα τῶν Ἀγγέλων, καὶ οἱ ἄρχοντες ὁρατοίτε καὶ ἀόρατοι, ἐὰν μὴ πιστεύσωσιν εἰς τὸ αἷμα Χριστοῦ, κἀκείνοις κρίσις ἐστίν. *Epist. ad Smyrn.* Αὐτὸς ὢν θύρα τοῦ πατρὸς, δι' ἧς εἰσέρχονται Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ, καὶ οἱ προφῆται, καὶ οἱ ἀπόστολοι, καὶ ἡ ἐκκλησία. *ad Philad.* Οὗ χωρὶς τὸ ἀληθινὸν ζῆν οὐκ ἔχομεν. *ad Trallenses.*

Nullus erret. Et supercœlestia, et gloria Angelorum et Principes visibiles et invisibiles, si non credant in sanguinem Christi, et illis judicium est.——Ipse est janua Patris per quam ingrediuntur Abraham, et Isaac, et Jacob, et Prophetæ, et Apostoli, et Ecclesia.——Sine quo verum vivere non habemus.

Barnabas.—Hoc ad quid? ut scirent, quia non possunt liberari, nisi in cruce Christi speraverint. *Epist. c.* 12.

Cyprianus.—Non posse ad patrem perveniri nisi per filium ejus, Jesum Christum; in Evangelio κατὰ Joannem: *Ego sum via, veritas et vita; nemo venit ad patrem nisi per me. Testim. ad Quirim. l.* 3. *c.* 3.

Articulus XIX.

De Ecclesia.

Ecclesia Christi visibilis est cœtus fidelium, in quo verbum Dei purum prædicatur, et Sacramenta, quoad

ea quæ necessario exiguntur, juxta Christi institutum recte administrantur. Sicut erravit Ecclesia Hierosolymitana, Alexandrina, et Antiochena; ita et erravit Ecclesia Romana; non solum quoad agenda, et cæremoniarum ritus, verum in his etiam quæ credenda sunt.

Ecclesia visibilis—cœtus fidelium.] Οἱ μὲν οὖν ἀσμένως ἀποδεξάμενοι τὸν λόγον αὐτοῦ, ἐβαπτίσθησαν· καὶ προσετέθησαν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ψυχαὶ ὡσεὶ τρισχίλιαι. Ἦσαν δὲ προσκαρτεροῦντες τῇ διδαχῇ τῶν ἀποστόλων, καὶ τῇ κοινωνίᾳ, καὶ τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, καὶ ταῖς προσευχαῖς. *Act.* ii. 41, 42.—Καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησε τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἑαυτὸν παρέδωκεν ὑπὲρ αὐτῆς· Ἵνα αὐτὴν ἁγιάσῃ, καθαρίσας τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι· Ἵνα παραστήσῃ αὐτὴν ἑαυτῷ ἔνδοξον, τὴν ἐκκλησίαν μὴ ἔχουσαν σπῖλον, ἢ ῥυτίδα, ἤ τι τῶν τοιούτων, ἀλλ' ἵνα ᾖ ἁγία καὶ ἄμωμος. *Eph.* v. 25—27.—Ἵνα πάντες ἓν ὦσι, καθὼς σὺ, Πάτερ, ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν σοὶ, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν· ἵνα ὁ κόσμος πιστεύσῃ ὅτι σύ με ἀπέστειλας. *Joh.* xvii. 21.

Cum Religio sit quæ facit Ecclesiam, non autem Ecclesia quæ facit Religionem; Ecclesia ex Religione discernenda est, non Religio ex Ecclesia. Ecclesia igitur visibilis, (nam de invisibili, quæ ex Electis solis constat, hic non agitur) ea est, quæ Religionem Christi et Fidem in Patrem, Filium et Spiritum Sanctum tuetur; membra sua in eorum nomen baptizando, et sacram Cœnam, prout Christus instituit, celebrando. Hæc sunt de essentia Ecclesiæ; queis salvis, Ecclesia non esse desinit, etiamsi in cæteris quibusdam erret. Neque enim omnis error destruit Fundamentum. Ecclesiæ autem particulares possunt non tantum errare, sed etiam a Christo penitus deficere. Nam illud Christi, *Matt.* xvi. 18. de *Catholica* tantum *Ecclesia* intelligendum est.

Nowelli Cat. *Hooker's* Eccl. Pol. l. 3. c. 1. *Chillingworth's* Rel. Prot. c. 3. Homily on Whitsunday, part 2. *Prideaux* Fasc. Controv. C. 4. §. 1. Q. 6. *Pearson* in Symbol. Art. 9. *Field* of the Church, l. 2. c. 2.

Sicut erravit Eccl. &c. De Ecclesiis *Hierosol. Alexandr.* et *Antioch.* fit mentio, quia celeberrimæ fuerunt, et ad Patriarchale culmen, æque ac *Romana*, evectæ. Ad *Romanam* vero quod attinet; cum *Montano* erravit Papa *Eleutherius*, cum *Ario Liberius*, cum *Pelagio Zosimus*, &c. ipsa demum facta est fœdissima errorum sentina.

Abbot's Answer to *Bishop's* Epistle, §. 13. *Hall's* Dissuasive from Popery.

Tertullianus.—Apostoli consecuti promissam vim Spiritus Sancti ad virtutes et eloquium, primo per Judæam contestata fide in Jesum Christum, et Ecclesiis institutis, dehinc in Orbem profecti, eandem doctrinam ejusdem fidei Nationibus promulgaverunt, et proinde Ecclesias apud unamquamque civitatem condiderunt, a quibus traducem [f. radicem] fidei, et semina doctrinæ, cæteræ exinde Ecclesiæ mutuatæ sunt, et quotidie mutuantur ut Ecclesiæ fiant. Ac per hoc et ipsæ Apostolicæ deputantur, ut soboles Apostolicarum Ecclesiarum. Omne genus ad originem suam censeatur, necesse est. Itaque tot ac tantæ Ecclesiæ, una est illa ab Apostolis prima, ex qua omnes. Sic omnes prima et omnes Apostolicæ dum unam omnes probant unitatem. [f. veritatem.] Dum est illis Communicatio pacis, et appellatio fraternitatis, et contesseratio hospitalitatis, quæ jura non alia ratio regit, quam ejusdem sacramenti una traditio. *de Præscript. cap.* 20.

N. B. *Ecclesiam Romanam per aliquot sæcula fidem incorruptam servasse; unde nil mirum, si a patribus primævis ob constantiam in fide tuenda laudatam inveniamus: licet tunc etiam se errori obnoxiam ostenderit, cum, teste* Hieronymo, *in* Esai. viii. &c. *Epistolam ad Hebræos in canonicam Scripturam non reciperet. Ut vero postea a veritate aberraverit, ex sequentibus articulis abunde patebit.*

Articulus XX.

De Ecclesiæ Auctoritate.

Habet Ecclesia Ritus sive Cæremonias statuendi jus, et in fidei controversiis auctoritatem; quamvis Ecclesiæ non licet quicquam instituere quod verbo Dei scripto adversetur, nec unum scripturæ locum sic exponere potest, ut alteri contradicat. Quare licet Ecclesia sit divinorum librorum testis et conservatrix, attamen ut adversus eos nihil decernere, ita præter illos nihil credendum de necessitate salutis debet obtrudere.

Ritus sive cæremonias.] Πάντα πρὸς οἰκοδομὴν γενέσθω. 1 *Cor.* xiv. 26.—Πάντα εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν γινέσθω. *Ibid.* v. 40.

In fidei controversiis auctoritatem.] Ταῦτα λάλει, καὶ παρακάλει, καὶ ἔλεγχε μετὰ πάσης ἐπιταγῆς. *Tit.* ii. 15.—Αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ. *Tit.* iii. 10.—Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, σκοπεῖν τοὺς τὰς διχοστασίας καὶ τὰ σκάνδαλα παρὰ τὴν διδαχὴν ἣν ὑμεῖς ἐμάθετε, ποιοῦντας· καὶ ἐκκλίνατε ἀπ᾽ αὐτῶν. *Rom.* xvi. 17.

Quod verbo Dei adversetur.] Διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν. *Matt.* xxviii. 20.

Ecclesia, i. e. Ii quos penes est Ecclesiastica Auctoritas. Quum eos curare oportet, ut omnia in Ecclesia fiant decenter et in ordine, et recta Fides servetur; Ritus et Cæremonias, sine quibus nihil in publicis Conventibus decenter et in ordine fieri potest, statuendi jus habeant necesse est; nec non in Controversiis Fidei auctoritatem, ne disputationum certaminibus turbetur Ecclesiæ pax, et Hæreticorum sophismatis corrumpantur Fidelium animi.

Mason of the Authority of the

Church. *Hooker's* Eccl. Pol. l. 3. et 8. *Potter* of Church Government, C. 5. §. 2, 7. *Field* of the Church, l. 4. c. 18.

Quamvis Ecclesiæ &c. Id si liceret, ludibrio propediem haberetur Verbum Dei, et ista ipsa Ecclesiæ Auctoritas intercideret, instabili adeo fundamento innixa.

Ita præter illos, &c. v. Art. 6.

IRENÆUS—*de Ecclesiis jejunia diemque Paschæ varie observantibus* dicit: *οὐδὲν ἔλαττον πάντες οὗτοι εἰρήνευσάν τε καὶ εἰρηνεύομεν πρὸς ἀλλήλους· καὶ ἡ διαφωνία τῆς νηστείας τὴν ὁμόνοιαν τῆς πίστεως συνίστησι* ——*καὶ αὐτοὶ μὴ τηροῦντες εἰρήνευον τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν, ἐν αἷς ἐτηρεῖτο, ἐρχομένοις πρὸς αὐτούς, καίτοι μᾶλλον ἐναντίον ἦν τὸ τηρεῖν τοῖς μὴ τηροῦσι· καὶ οὐδέποτε διὰ τὸ εἶδος τοῦτο ἀπεβλήθησάν τινες. Vide etiam Euseb. Hist. l.* 5. *c.* 24.

IGNATIUS.—*Φεύγετε τὰς κακὰς παραφυάδας, τὰς γεννώσας καρπὸν θανατηφόρον· οὗ ἐὰν γεύσεταί τις, παρ' αὐτὰ ἀποθνήσκει. οὗτοι γὰρ οὐκ εἰσὶν φυτεία πατρός. Epist. ad Trall.*

Nihilominus omnes hi pacem inter se coluerunt, et nos colimus, et discrepans jejunii ratio concordiam fidei commendat.———Et ipsi non observantes cum Episcopis Ecclesiarum, in quibus observabatur, ad se accedentibus pacem retinuerunt quamvis observantia ista valde adversa esset non observantibus, ac nulli unquam hanc ob rem sunt ejecti.

Fugite malas propagines generantes fructum mortiferum; quem si gustet quis, statim moritur. Isti enim non sunt plantatio Patris.

CYPRIANUS.—Ab Evangelicis præceptis omnino non recedendum esse, et eadem quæ Magister docuit et fecit, discipulos quoque observare et facere debere; constantius et

fortius alio in loco beatus Apostolus docet, dicens: *Miror quod sic tam cito demutamini* &c.

Neque enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei veritatem. *Epist.* 63.

Articulus XXI.

De Auctoritate Conciliorum Generalium.

Generalia Concilia sine jussu et voluntate principum congregari non possunt; et ubi convenerint, quia ex hominibus constant qui non omnes Spiritu et verbo Dei reguntur, et errare possunt, et interdum errarunt, etiam in his quæ ad Deum pertinent: ideoque quæ ab illis constituuntur, ut ad salutem necessaria, neque robur habent, neque auctoritatem, nisi ostendi possint e sacris literis esse desumpta.

Sine jussu et voluntate Principum.] Πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω. Οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία εἰ μὴ ἀπὸ Θεοῦ· αἱ δὲ οὖσαι ἐξουσίαι, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν. *Rom.* xiii. 1.

Cum Episcopis non liceat e Patria sua excurrere, et in aliorum Ditiones migrare, absque Principum licentia, non possunt sine voluntate Principum ad generalia Concilia convenire.

Andrew's Sermon of calling Assemblies. *Jewel's* Apol. Def. part. 6. c. 12. Div. 2. &c. *Hooker's* Eccl. Pol. l. 8. *Field* of the Church, l. 5. c. 52.


Quia ex hominibus &c. Episcopi æque sunt homines in Concilio ac extra Concilium, et humanis affectibus obnoxii; quare nil mirum, si, quod humanum est, errare possint: et de facto errasse constat.

Bilson of Christian Subjection, part 4. ch. 22. Div. 3, 4. *Field*. part 2. *Prideaux* Fasc. Contr. of the Church, l. 5. c. 51. C. 4. Q. 4. *Jewel's* Apol. Defens. *Ideoque quæ* &c. v. Art. 6.

Concilia quidem Provincialia multa fuerunt, at Generale nullum ante Constantinum, *cujus et auctoritate primum*, Nicænum *sc. congregatum est, uti et sequentia sequentium Imperatorum.*

Ignatius.—Κωφώθητε, ὅταν ὑμῖν χωρὶς Ἰησοῦ Χριστοῦ λαλῇ τις. *Epist. ad Trall.*

Obsurdescite, quando vobis sine Jesu Christo loquitur quis.



Articulus XXII.

De Purgatorio.

Doctrina Romanensium, de Purgatorio, de indulgentiis, de veneratione et adoratione tum imaginum, tum reliquiarum, nec non de invocatione sanctorum, res est futilis, inaniter conficta, et nullis Scripturarum Testimoniis innititur: immo verbo Dei contradicit.

Doctrina de Purgatorio.] Ἐὰν δὲ ἐν τῷ φωτὶ περιπατῶμεν, ὡς αὐτός ἐστιν ἐν τῷ φωτὶ, κοινωνίαν ἔχομεν μετ' ἀλλήλων, καὶ τὸ αἷμα Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ καθαρίζει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας. 1 *Joh.* i. 7.—Καὶ ἤκουσα φωνῆς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λεγούσης μοι· Γράψον· Μακάριοι οἱ νεκροὶ οἱ ἐν Κυρίῳ ἀποθνήσκοντες ἀπάρτι. Ναὶ, λέγει τὸ Πνεῦμα, ἵνα ἀναπαύσωνται ἐκ τῶν κόπων αὐτῶν· τὰ δὲ ἔργα αὐτῶν ἀκολουθεῖ μετ' αὐτῶν. *Apoc.* xiv. 13.

De Indulgentiis.] Καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῳ οὐδενὶ ἡ σωτηρία· οὔτε γὰρ ὄνομά ἐστιν ἕτερον ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τὸ δεδομένον ἐν ἀνθρώποις, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς. *Act.* iv. 12.

De veneratione et adoratione tum imaginum &c.] Οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον, οὐδὲ παντὸς ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ ὅσα ἐν τῇ γῇ κάτω, καὶ ὅσα ἐν τοῖς ὕδασιν ὑποκάτω τῆς γῆς. Οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς, οὐδὲ μὴ λατρεύσεις αὐτοῖς. *Exod.* xx. 4, 5.—Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὕπαγε Σατανᾶ· γέγραπται γάρ· Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. *Matt.* iv. 10.

De invocatione Sanctorum.] Εἷς γὰρ Θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. 1 *Tim.* ii. 5.—Καὶ ἔπεσον ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν αὐτοῦ προσκυνῆσαι αὐτῷ· καὶ λέγει μοι· Ὅρα μή· σύνδουλός σου εἰμὶ καὶ τῶν ἀδελφῶν σου τῶν ἐχόντων τὴν μαρτυρίαν τοῦ Ἰησοῦ· τῷ Θεῷ προσκύνησον· ἡ γὰρ μαρτυρία τοῦ Ἰησοῦ ἐστι τὸ πνεῦμα τῆς προφητείας. *Apoc.* xix. 10.

Purgatorium, uti fabulantur *Romanenses*, est locus quidam apud Inferos, in quo post hanc vitam purgantur animæ, quæ in hac vita non plene purgatæ fuerant.

Homily of Prayer, part 3. *Stillingfleet's* Idolatry of the Church of *Rome*. *Patrick's* Answ. to the Touch-stone, §. 47. *Prideaux* Fasc. Contr. C. 4. §. 2. Q. 7. *Jewel's* Def. Apol. part 2. c. 16. Div. 1. *Field* of the Church.

Indulgentiis Conflant *Romanenses* Thesaurum quendam ex superfluentibus Christi et Sanctorum meritis, cujus præcipuus Dispensator est Papa. Hic cuicunque, et quantum vult horum meritorum, applicat ad remittendas pœnas, quæ, post remissas culpas, manent luendæ. Hæc autem gratia dicitur *Indulgentia.*

Stillingfleet's Idolatry of the Church of *Rome*. *Patrick's* Answer to the Touch-stone, c. 16. *Field* of the Church, l. 3. Append. c. 25.

De Veneratione. Idololatriæ crimen a se propellere gestiunt Iconolatræ, distinguendo inter *Imaginem* et *Idolum*, inter *Cultum absolutum et relativum.* Sed frustra. Omnem enim Religiosum Imaginum Cultum vetuit Deus. *Exod.* xx. 4, 5. Unde vero Reliquiæ sunt adorandæ? Sancti ipsi, dum in terris versarentur, Adorationem sibi exhibitam indignabundi rejecerunt. *Act.* x.

25, 26. Suntne Sanctorum Reliquiæ ipsis Sanctis Sanctiores?

Stillingfleet's Idol. of the Ch. of *Rome*, c. 1. *Patrick's* Ans. to the Touch-stone, §. 35, 49. Hom. against Idolatry. *Jewel's* Reply, Art. 14. *Bilson* of Christian Subj. part 4.

De Invocatione. Cum vana sit invocatio ubi deest Fides, (*Jac.* i. 6, 7.) et Fides desit, ubi deest Verbum; Invocatio Sanctorum vana sit oportet, utpote nullo Dei verbo innixa. Præterea, cum unus nobis sit Mediator, (1 *Tim.* ii. 5.) qui servare prorsus potest eos qui per ipsum accedunt ad Deum, semper vivens ut interpellet pro eis. (*Heb.* vii. 25.) qui ad Sanctorum mediationem confugit, Christo Mediatori dedecus inurit.

Nowelli Catech. &c. *Prideaux* Fasc. Cont. C. 4. §. 2. Q. 1. *Patrick's* Answer to the Touchstone. §. 33, 34. *Stillingfleet's* Idol. c. 2. Homily of Prayer, part 2. *Field* of the Church, l. 3. c. 20. et Append. c. 22. *Abbot's* Answer to *Bishop's* Epist. §. 9.

Clemens Alexandrinus.—*Ὁ ἐνταῦθα τὸν ἄγγελλον τῆς μετανοίας προσιέμενος, οὐ μετανοήσει τότε ἡνίκα ἂν καταλίπῃ τὸ σῶμα, οὐδὲ καταισχυνθήσεται, τὸν σωτῆρα προσιόντα μετὰ τῆς αὐτοῦ δόξης καὶ στρατείας ἰδὼν, οὐ δέδιε τὸ πῦρ. Quis Dives salv.* c. 42.

Τοῦτ' ἔστι μεταγνῶναι, τὸ καταγνῶναι τῶν παρῳχημένων, καὶ αἰτήσασθαι τούτων ἀμνηστίαν παρὰ πατρὸς, ὃς μόνος τῶν ἁπάντων οἷός τε ἐστὶν ἄπρακτα ποιῆσαι τὰ πεπραγμένα, ἐλέῳ τῷ παρ' αὐτοῦ, καὶ δρόσῳ πνεύματος ἀπαλεῖψαι τὰ προημαρτημένα· ἐφ' οἷς γὰρ ἂν εὕρω ὑμᾶς, φησὶν, ἐπὶ τούτοις καὶ κρινῷ. Ibid. c. 40.

Qui hic pœnitentiæ angelum recipit, non pœnitebit tunc cum corpus reliquerit, neque confundetur dum Salvatorem cum gloria sua exercituque venientem viderit. Nullus ignis exterrebit metus.

Hoc est pœnitere, de transactis dolere, eaque ut e memoria deleantur a Patre efflagitare, qui unus omnium potest facta infecta facere misericordia sua, et spiritus rore abolere superioris vitæ delicta. In quibus enim, ait, vos invenero, in eis etiam judicabo.

Cyprianus. — Apud inferos confessio non est, nec exomologesis illic fieri potest. *Epist.* 55.

Lactantius.—Non est dubium, quin Religio nulla sit, ubicunque simulacrum est. Nam si Religio ex Divinis rebus est, Divini autem nihil est, nisi in cœlestibus rebus; carent ergo religione simulachra: quia nihil potest esse cœleste in ea re, quæ fit ex terra. *Institut. l.* 2. *c.* 19.

Ecclesia Smyrnensis.—Ἀγνοοῦντες ὅτι οὔτε τὸν Χριστὸν ποτὲ καταλιπεῖν δυνησόμεθα, τὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ παντὸς κόσμου τῶν σωζομένων σωτηρίας παθόντα, οὔτε ἕτερόν τινα σέβειν. τοῦτον μὲν γὰρ υἱὸν ὄντα τοῦ Θεοῦ προσκυνοῦμεν, τοὺς δὲ μάρτυρας, ὡς μαθητὰς τοῦ Κυρίου καὶ μιμητὰς, ἀγαπῶμεν ἀξίως, ἕνεκα εὐνοίας ἀνυπερβλήτου τῆς εἰς τὸν ἴδιον βασιλέα καὶ διδάσκαλον. *v. Eusebii Hist. l.* 4. *c.* 15.

Origenes.—Εἴπερ δεῖ πιστεύειν ἑνὶ τινὶ τῶν αἱρέσεις εἰσηγησαμένων ἐν Ἕλλησιν ἢ βαρβάροις· πῶς οὐχὶ μᾶλλον τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ, καὶ τῷ διδάσκοντι τοῦτον μόνον δεῖν σέβειν, τὰ δὲ λοιπὰ ἤτοι ὡς μὴ ὄντα, ἢ ὡς ὄντα μὲν καὶ τιμῆς ἄξια, οὐ μὲν καὶ προσκυνήσεως καὶ σεβασμοῦ, παρορᾷν; *contra Celsum, l.* 1.

Ignorantes nos nec Christum unquam posse relinquere, qui pro salute omnium quotquot ex genere humano salvi futuri sunt mortem pertulerit, nec alium quemquam colere. Illum enim utpote Filium Dei adoramus: Martyres vero, tanquam discipulos et imitatores Domini merito amore prosequimur, ob eximiam eorum benevolentiam, quam erga Regem ac Magistrum suum declararunt.

Si credendum est unicuipiam eorum qui Sectas induxerunt, quæ apud Græcos celebrantur aut Barbaros; quanto magis Deo hujus universi Domino, et ei qui docet hunc solum esse colendum, cætera vero parvi pendere, vel

ut non entia, vel ut entia quidem et honore digna, sed non adoratione et cultu religioso.

Articulus XXIII.

De Ministrando in Ecclesia.

Non licet cuiquam sumere sibi munus publice prædicandi, aut administrandi Sacramenta in Ecclesia, nisi prius fuerit ad hæc obeunda legitime vocatus et missus. Atque illos legitime vocatos et missos existimare debemus, qui per homines, quibus potestas vocandi ministros, atque mittendi in vineam Domini, publice concessa est in Ecclesia, cooptati fuerint, et adsciti in hoc opus.

Non licet &c.] Πῶς δὲ ἀκούσουσι χωρὶς κηρύσσοντος; Πῶς δὲ κηρύξουσιν, ἐὰν μὴ ἀποσταλῶσι; *Rom.* x. 14, 15.—Καὶ οὐχ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, ἀλλὰ ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καθάπερ καὶ ὁ Ἀαρών. Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γενηθῆναι ἀρχιέρεα. *Heb.* v. 4, 5.—Λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ Κυρίῳ καὶ νηστευόντων, εἶπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· Ἀφορίσατε δή μοι τόν τε Βαρνάβαν καὶ τὸν Σαῦλον εἰς τὸ ἔργον ὃ προσκέκλημαι αὐτούς. Τότε νηστεύσαντες καὶ προσευξάμενοι, καὶ ἐπιθέντες τὰς χεῖρας αὐτοῖς, ἀπέλυσαν. *Act.* xiii. 2, 3.

Illos legitime vocatos &c.] Τούτου χάριν κατέλιπόν σε ἐν Κρήτῃ, ἵνα τὰ λείποντα ἐπιδιορθώσῃ, καὶ καταστήσῃς κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους, ὡς ἐγώ σοι διεταξάμην. *Tit.* i. 5.—Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη σοι διὰ προφητείας, μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου. 1 *Tim.* iv. 14.

Cum ministri Verbi et Sacramentorum Legatione pro Christo fungantur, (2 Cor. v. xx. 6. 4.) necesse est ut a Deo Auctoritatem accipiant et ab eo mittantur, neque sibi sumant istam Auctori-

tatem, nisi sint a Deo vocati. Porro, cum Deus, ex quo Apostolos vocavit, neminem *immediate* ad Ministerium vocat, restat ut qui ad Ministerium vocantur, vocentur per eos, quorum est alios vocare. Sic Apostoli ordinarunt Presbyteros et Episcopos, et Episcopi ab Apostolis ordinati alios deinceps ordinarunt.

Hooker's Eccl. Pol. l. 5. §. 77. *Potter* of Ch. Govern. C. 4, 5.

Quibus potestas. &c. Potestatem hanc ab Apostolorum ævo usque ad Avorum nostrorum tempora Episcopis solis concessam novimus: Exinde autem quædam Ecclesiæ (cætera etiam rite reformatæ) Presbyteris quoque concessam volunt; rectene an secus ipsæ viderint. Nos eas neque judicamus, neque spernimus. Nostratium vero, qui in Ecclesiam optime constitutam rebelles, Episcopalem hanc potestatem sibi arrogarunt, longe dispar est ratio. Proinde Hos Schismatis atque *ἀταξίας* reos jure ac merito habemus.

Bilson's Perpetual Government, c. 12, 13. *Hall's* Episcopacy by Divine Right, part 2. *Hooker's* Eccles. Pol. l. 7. §. 5. Bp. *Lloyd's* Historical Account of Church Government. *Burscough* of Schism. Sect. 2, 3. *Scott's* Christ. Life, part 2. c. 7. §. 10. *Field* of the Church, l. 3. c. 39. et l. 5. c. 27.

Clemens Romanus.—*Τῷ ἀρχιερεῖ ἴδίαι λειτουργίαι δεδομέναι εἰσί· καὶ τοῖς ἱερεῦσι ἴδιος ὁ τόπος προστέτακται καὶ λευΐταις ἴδίαι διακονίαι ἐπικεινται· ὁ λαϊκὸς ἄνθρωπος τοῖς λαϊκοῖς προστάγμασιν δέδεται.*

Ἕκαστος ὑμῶν ἀδελφοὶ, ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι εὐχαριστείτω Θεῷ, ἐν ἀγαθῇ συνειδήσει ὑπάρχων, μὴ παρεκβαίνων τὸν ὡρισμένον τῆς λειτουργίας αὐτοῦ κανόνα, ἐν σεμνότητι. ad Cor. c. 40, 41.

Summo Sacerdoti sua munera tributa sunt: Sacerdotibus locus proprius assignatus est, et Levitis sua ministeria incumbunt, Laicus præceptis laicis constringitur.

Unusquisque vestrum, fratres, in suo ordine manens, Deo in bona conscientia gratias agat, et cum decore intra præscriptum ministerii sui canonem se contineat.

Καὶ οἱ ἀπόστολοι ἡμῶν ἔγνωσαν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἔρις ἔσται ἐπὶ τοῦ ὀνόματος τῆς ἐπισκοπῆς. διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν πρόγνωσιν εἰληφότες τελείαν κατέστησαν τοὺς προειρημένους καὶ μεταξὺ ἐπινομὴν δεδώκασιν, ὅπως ἐὰν κοιμηθῶσιν, διαδέξωνται ἕτεροι δεδοκιμασμένοι ἄνδρες τὴν λειτουργίαν αὐτῶν. *id.* c. 44.

Ignatius.—Ἐπεὶ ἡ ἀγάπη οὐκ ἐᾷ με σιωπᾷν περὶ ὑμῶν, διὰ τοῦτο προέλαβον παρακαλεῖν ὑμᾶς ὅπως συντρέχητε τῇ γνώμῃ τοῦ Θεοῦ. καὶ γὰρ Ἰησοῦς Χριστὸς, τὸ ἀδιάκριτον ἡμῶν ζῆν, τοῦ πατρὸς ἡ γνώμη, ὡς καὶ οἱ ἐπίσκοποι οἱ κατὰ τὰ πέρατα ὁρισθέντες Ἰησοῦ Χριστοῦ γνώμη εἰσίν. *Epist. ad Ephes.*

Et Apostoli nostri per Jesum Christum Dominum nostrum norunt, contentionem de nomine Episcopatus oborituram; atque ob hanc causam perfecta præscientia præditi constituerunt prædictos, ac deinceps ordinationem dederunt, ut in defunctorum locum alii probati viri succedere et illorum munia exequi possent.

Quia charitas non sinit me silere pro vobis; propter hoc præoccupavi rogare vos, ut concurratis sententiæ Dei. Etenim Jesus Christus, incomparabile nostrum vivere, Patris sententia, ut et Episcopi secundum terræ fines determinati, Jesu Christi sententia sunt.

Articulus XXIV.

De loquendo in Ecclesia lingua quam Populus intelligit.

Lingua Populo non intellecta, publicas in Ecclesia preces peragere, aut Sacramenta administrare, verbo Dei et primitivæ Ecclesiæ consuetudini plane repugnat.

Lingua non intellecta &c.] Οὕτω καὶ ὑμεῖς διὰ τῆς γλώσσης ἐὰν μὴ εὔσημον λόγον δῶτε, πῶς γνωσθήσεται τὸ λαλούμενον; ἔσεσθε γὰρ εἰς ἀέρα λαλοῦντες. 1 *Cor*. xiv. 9.—Ἐὰν δὲ μὴ ᾖ διερμηνευτὴς, σιγάτω ἐν ἐκκλησίᾳ· ἑαυτῷ δὲ λαλείτω καὶ τῷ Θεῷ. 1 *Cor*. xiv. 28.

Cum omnis Cultus divinus sit mentis potius quam corporis negotium, Cultus iste, in quo menti non est locus, absurdus est et impius.

Homily of Common Prayer and Sacraments. *Patrick's* Answer to the Touch-stone, §. 52. *Jewel's* Reply, Art. 3. *Nowelli* Catech. *Bilson* of Christian Subjection, part 4. *Field* of the Church. Append. to Book 3d.

Justinus Martyr.—Τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μενόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται, καὶ τὰ ὑπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων, ἢ τὰ συγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκεται, μέχρις ἐγχωρεῖ. εἶτα παυσαμένου τοῦ ἀναγινώσκοντος, ὁ προ-

Die qui Solis dicitur, omnium qui vel in oppidis vel ruri degunt in eundem locum conventus fit; et Commentaria Apostolorum vel Scripta Prophetarum, quoad tempus fert, leguntur. Deinde Lectore quiescente, Præsidens orationem,

εστὼς διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν καὶ πρόκλησιν τῆς τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖται. ἔπειτα ἀνιστάμεθα κοινῇ πάντες καὶ εὐχὰς πέμπομεν. *Apolog*. 1. *c*. 87.

Origenes.—Ἕκαστος κατὰ τὴν ἑαυτοῦ διάλεκτον εὔχεται τῷ Θεῷ, καὶ ὑμνεῖ αὐτὸν ὡς δύναται· καὶ ὁ πάσης διαλέκτου κύριος τῶν ἀπὸ πάσης διαλέκτου εὐχομένων ἀκούει. *contra Celsum, l.* 8.

qua populum et imitationem tam pulchrarum rerum cohortatur, habet. Sub hæc consurgimus communiter omnes, et precationes fundimus.

Quisque precatur propria lingua, Deumque celebrat pro viribus, et omnium linguarum Dominus omnibus linguis precantes audit.



Tertullianus.—Coimus in cœtum et congregationem, ut ad Deum quasi manu facta precationibus ambiamus orantes. Hæc vis Deo grata est. *Apolog. adv. Gentes. c.* 39.

Cyprianus.—Quando autem stamus ad orationem, fratres dilectissimi, vigilare et incumbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio omnis carnalis et sæcularis abscedat; nec quidquam tunc animus quam id solum cogitet quod precatur. Ideo et Sacerdos ante orationem præfatione præmissa parat fratrum mentes dicendo, *sursum corda*, ut dum respondet plebs, *Habemus ad Dominum*, admoneatur nihil aliud se quam Dominum cogitare debere. Claudatur contra adversarium pectus, et soli Deo pateat; nec ad se hostem Dei tempore orationis adire patiatur. Obrepit enim frequenter, et penetrat, et subtiliter fallens preces nostras a Deo avocat, ut aliud habeamus in corde, et aliud in voce, quando intentione sincera Dominum debeat non vocis sonus, sed animus et sensus orare. *de Oratione Dominica.*

ARTICULUS XXV.

De Sacramentis.

SACRAMENTA a Christo instituta non tantum sunt notæ professionis Christianorum, sed certa quædam potius testimonia, et efficacia signa gratiæ, atque bonæ in nos voluntatis Dei, per quæ invisibiliter ipse in nos operatur, nostramque fidem in se non solum excitat, verum etiam confirmat.

Duo a Christo Domino nostro in Evangelio instituta sunt Sacramenta, scilicet Baptismus et Cœna Domini.

Quinque illa vulgo nominata Sacramenta: scilicet Confirmatio, Pœnitentia, Ordo, Matrimonium, et Extrema Unctio, pro Sacramentis Evangelicis habenda non sunt, ut quæ, partim a prava Apostolorum imitatione profluxerunt, partim vitæ status sunt in Scripturis quidem probati; sed Sacramentorum eandem cum Baptismo et Cœna Domini rationem non habentes, ut quæ signum aliquod visibile, seu cæremoniam, a Deo institutum non habeant.

Sacramenta non in hoc instituta sunt a Christo ut spectarentur, aut circumferrentur, sed ut rite illis uteremur, et in his duntaxat qui digne percipiunt, salutarem habent effectum: Qui vero indigne percipiunt, damnationem (ut inquit Paulus) sibi ipsis acquirunt.

Notæ professionis.] Ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. Οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος, οὐδὲ Ἕλλην· οὐκ ἔνι δοῦλος, οὐδὲ ἐλεύθερος· οὐκ ἔνι ἄρσεν καὶ θῆλυ· πάντες γὰρ ὑμεῖς εἷς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. *Gal.* iii. 27, 28. — Καὶ γὰρ ἐν ἑνὶ Πνεύματι ἡμεῖς πάντες εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν, εἴτε Ἰουδαῖοι, εἴτε Ἕλληνες, εἴτε δοῦλοι, εἴτε ἐλεύθεροι· καὶ πάντες εἰς ἓν Πνεῦμα ἐποτίσθημεν. 1 *Cor.* xii. 13.

Testimonia et signa Gratiæ.] Μετανοήσατε, καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. *Act.* ii. 38. — Οἱ ἄνδρες ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας ἑαυτῶν, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησε τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἑαυτὸν παρέδωκεν ὑπὲρ αὐτῆς· Ἵνα αὐτὴν ἁγιάσῃ, καθαρίσας τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι. *Eph.* v. 25, 26.— Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. *Matt.* xxvi. 28.

Duo a Christo instituta sunt Sacramenta.] Πορευθέντες οὖν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. *Matt.* xxviii. 19.— Ἐγὼ γὰρ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ Κυρίου, ὃ καὶ παρέδωκα ὑμῖν, ὅτι ὁ Κύριος Ἰησοῦς ἐν τῇ νυκτὶ ᾗ παρεδίδοτο, ἔλαβεν ἄρτον· Καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ εἶπε· Λάβετε, φάγετε· τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον, μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λέγων· Τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐστὶν ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι. τοῦτο ποιεῖτε ὁσάκις ἂν πίνητε, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. 1 *Cor.* xi. 23—25.

In his qui digne percipiunt &c.] Ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς, σωθήσεται· ὁ δὲ ἀπιστήσας, κατακριθήσεται. *Marc.* xvi. 16.—Δοκιμαζέτω δὲ ἄνθρωπος ἑαυτὸν, καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω, καὶ ἐκ τοῦ ποτηρίου πινέτω. 1 *Cor.* xi. 28.

Qui vero indigne &c.] Ὁ γὰρ ἐσθίων καὶ πίνων ἀναξίως, κρῖμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει, μὴ διακρίνων τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου. 1 *Cor.* xi. 29.

Sacramenta sunt quidem Notæ, quibus Christiani ab Infidelibus dignoscuntur; at sunt etiam visibilia signa invisibilis gratiæ; gratiamque, quam signant, digne accipientibus exhibent. Id vero non ex *vi sua*, sed *operatione Spiritus Sancti.* Porro, cum ejus solius sit Sacramenta instituere, cujus est gratiam Sacramenti

conferre, plura esse non possunt quam quæ Deus ipse instituit.

Illum autem duo tantum, Baptismum scil. et Cœnam, instituisse constat; quoniam his tantum duobus Definitio Sacramenti convenit.

Quinque illa &c. Sacramenti equidem nomine quamvis fere rem sacram a Patribus insignitam legimus: At si vox ista proprie sumatur, viz. pro externo Signo Fœderis inter Deum et homines, a Deo ipso instituto, in Justificationis nostræ pignus, et Sanctificationis Medium; quæ est formalis Sacramenti Ratio; Quinque hæc, e Sacramentorum numero protinus exulant.

Homily of Common Prayer and Sacraments. *Nowelli* Cat. *Hammond's* Pract. Cat. l. 6. §. 1. *Jewel's* Def. Apol. part 2. c. 11. Div. 2. *Hooker's* Eccl. Pol. l. 5. §. 50. et 57. *Prideaux* Fasc. Controv. C. 6. Q. 1, 2.

Ne mireris, Lector, *si Sacramentorum numerum a primævis patribus totidem verbis definitum non invenias: nulla tunc temporis hac de re mota est Quæstio. Numerum septenarium* Petrus Lombardus, *duodecimi nimirum Sæculi Scriptor, primus invexit;* Eugenius *quartus circa* An. Chr. 1439. Armenos *docuit; Concilium* Tridentinum *Decreto postea stabilivit; unde* Pius *quartus novo suo Symbolo eundem inseruit; et sic tandem ineptientis Scholiastici somnium fit Fidei Articulus. E contra* Justinus Martyr, *in Religionis nostræ expositione, in qua etiam se neque maligne neque dissimulanter quicquam agere profitetur,* duorum *tantum* Sacramentorum *mentionem facit,* Baptismi *sc. et* Eucharistiæ. v. Apologiam ejus primam *a cap.* 79. ad finem. *Hæc duo conjungit etiam* Tertullianus, *de cæteris silens.* de corona Militis. cap. 3. Ut Augustinum, *de doctr. Christ. l.* 3. *c.* 9. *Epist.* 118. *et* 23. Chrysostomum *in Joan. Hom.* 85. *aliosque sequiorum ætatum Scriptores taceam.*

Articulus XXVI.

De Vi Institutionum Divinarum, quod eam non tollat malitia Ministrorum.

Quamvis in Ecclesia visibili, bonis mali semper sunt admixti, atque interdum ministerio Verbi et Sacramentorum administrationi præsint; tamen cum non suo, sed Christi nomine agant, ejusque mandato et authoritate ministrent, illorum ministerio uti licet cum in verbo Dei audiendo, tum in Sacramentis percipiendis. Neque per illorum malitiam effectus institutorum Christi tollitur, aut gratia donorum Dei minuitur, quoad eos qui fide et rite sibi oblata percipiunt; quæ propter institutionem Christi et promissionem efficacia sunt, licet per malos administrentur.

Ad Ecclesiæ tamen disciplinam pertinet, ut in malos ministros inquiratur, accusenturque ab his qui eorum flagitia noverint; atque tandem justo convicti judicio deponantur.

Non suo sed Christi nomine.] Τίς οὖν ἐστι Παῦλος, τίς δὲ Ἀπολλὼς, ἀλλ' ἢ διάκονοι δι' ὧν ἐπιστεύσατε, καὶ ἑκάστῳ ὡς ὁ Κύριος ἔδωκεν. 1 *Cor.* iii. 5.

Illorum ministerio uti licet.] Ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι. Πάντα οὖν ὅσα ἂν εἴπωσιν ὑμῖν τηρεῖν, τηρεῖτε καὶ ποιεῖτε· κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν μὴ ποιεῖτε· λέγουσι γὰρ, καὶ οὐ ποιοῦσι. *Matt.* xxiii. 2, 3.—Τινὲς μὲν καὶ διὰ φθόνον καὶ ἔριν, τινὲς δὲ καὶ δι' εὐδοκίαν τὸν Χριστὸν κηρύσσουσιν·

Οἱ μὲν ἐξ ἐριθείας τον Χριστὸν καταγγέλλουσιν οὐχ ἁγνῶς, οἰόμενοι θλίψιν ἐπιφέρειν τοῖς δεσμοῖς μου· Οἱ δὲ ἐξ ἀγάπης, εἰδότες ὅτι εἰς ἀπολογίαν τοῦ εὐαγγελίου κεῖμαι. Τί γάρ; πλὴν παντὶ τρόπῳ, εἴτε προφάσει εἴτε ἀληθείᾳ, Χριστὸς καταγγέλλεται· καὶ ἐν τούτῳ χαίρω, ἀλλὰ καὶ χαρήσομαι. *Philip.* i. 15—18.

Neque per illorum malitiam &c.] Ὥστε οὔτε ὁ φυτεύων ἐστί τι, οὔτε ὁ ποτίζων, ἀλλ' ὁ αὐξάνων Θεός. 1 *Cor.* iii. 7.

Ad Ecclesiæ disciplinam.] Κατὰ πρεσβυτέρου κατηγορίαν μὴ παραδέχου, ἐκτὸς εἰ μὴ ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων. 1 *Tim.* v. 19.—Διὰ τοῦτο, ἐὰν ἔλθω, ὑπομνήσω αὐτοῦ τὰ ἔργα ἃ ποιεῖ, λόγοις πονηροῖς φλυαρῶν ἡμᾶς· καὶ μὴ ἀρκούμενος ἐπὶ τούτοις, οὔτε αὐτὸς ἐπιδέχεται τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τοὺς βουλομένους κωλύει, καὶ ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἐκβάλλει. 3 *Joh.* 10.

Ministri non sua, sed Christi Sacramenta ministrant, et Ecclesia in percipiendis Sacramentis non illos, sed Christum ipsum respicit; ideoque non tam a Ministris, quam a Christo ipso, per manus Ministrorum Sacramenta percipit. Sacramentorum proinde Virtus et Efficacia non potest a Ministro, utcunque improbo, impediri, quum a Christo solo pendeat.

Whitgift's Def. Tract. 9. c. 3. *Nelson's* Festivals, cap. 13. and Fasts, c. 10. *Field* of the Church, l. 1. c. 14. Bp. *Andrews's* Serm. on *John* xx. 22.

Augustinus.—Minister, i. e. Dispensator Verbi et Sacramenti Evangelici, si bonus est, consocius fit Evangelii, si autem malus est, non ideo Dispensator non est Evangelii: Annunciavit Petrus et cæteri boni: invitus Judas; tamen cum ipsis missus annunciavit. Illi mercedem habent, huic dispensatio credita est. *contra lit. Petiliani, l.* 3. *c.* 55.

Cyprianus—*De Felicissimo Diacono*:——abstentum se a nobis sciat, quando ad fraudes ejus et rapinas quas dilucida veritate cognovimus, adulterii etiam crimen accedit, quod fratres nostri graves viri deprehendisse se nuntiaverunt, et probaturos se asseverarunt. *Epist.* 41.

Articulus XXVII.

De Baptismo.

Baptismus non est tantum professionis signum, ac discriminis nota, qua Christiani a non Christianis discernantur, sed etiam est signum regenerationis, per quod, tanquam per instrumentum, recte Baptismum suscipientes Ecclesiæ inseruntur, promissiones de remissione peccatorum, atque adoptione nostra in filios Dei per Spiritum Sanctum visibiliter obsignantur, fides confirmatur, et vi divinæ invocationis gratia augetur.

Baptismus parvulorum omnino in Ecclesia retinendus est, ut qui cum Christi institutione optime congruat.

Baptismus—signum regenerationis.] Οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸν αὐτοῦ ἔλεον ἔσωσεν ἡμᾶς, διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, καὶ ἀνακαινώσεως Πνεύματος ἁγίου. ***Tit.*** iii. 5.—***Eph.*** v. 25, 26. ut supra, Art. xxv.

Ecclesiæ inseruntur.] Καὶ γὰρ ἐν ἑνὶ Πνεύματι ἡμεῖς πάντες εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν, εἴτε Ἰουδαῖοι, εἴτε Ἕλληνες, εἴτε δοῦλοι, εἴτε ἐλεύθεροι· καὶ πάντες εἰς ἓν Πνεῦμα ἐποτίσθημεν. 1 ***Cor.*** xii. 13.—***Gal.*** iii. 27. ut supra, Art. xxv.

Promissiones de remissione peccatorum] Προσερχώμεθα μετὰ ἀληθινῆς καρδίας ἐν πληροφορίᾳ πίστεως, ἐῤῥαντισμένοι τὰς καρδίας ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς. ***Heb.*** x. 22.

Atque adoptione in filios Dei.] Οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλάβετε πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐν ᾧ κράζομεν, Ἀββᾶ ὁ πατήρ. ***Rom.*** viii. 15.

Fides confirmatur.] Οἱ μὲν οὖν ἀσμένως ἀποδεξάμενοι τὸν λόγον αὐτοῦ, ἐβαπτίσθησαν· καὶ προσετέθησαν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ψυχαὶ ὡσεὶ τρισχίλιαι. Ἦσαν δὲ προσκαρτεροῦντες τῇ διδαχῇ τῶν ἀποστόλων, καὶ τῇ κοινωνίᾳ, καὶ τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, καὶ ταῖς προσευχαῖς. *Act.* ii. 41, 42.

Baptismus parvulorum retinendus.] Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς, ἠγανάκτησε, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ἄφετε τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με, καὶ μὴ κωλύετε αὐτά· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. *Marc.* x. 14.—Ἐπεὶ ἄρα τὰ τέκνα ὑμῶν ἀκάθαρτά ἐστι· νῦν δὲ ἅγιά ἐστιν. 1 *Cor.* vii. 14.

Baptismus apud sacros scriptores quamvis *Ablutionem* denotat, sive per immersionem, sive aspersionem; (v. *Matt.* xv. 2. *Mar.* vii. 3, 4. et *Luc.* xi. 38.) utrovis modo fiat, Gratiam per Sacramentum hoc collatam probe indicat. Quippe, sicut Sordes corporis aqua, ita animæ maculæ per remissionem peccatorum eluuntur: et, ut in immersione nos sepeliri et resurgere cum Christo, ita in aspersione nos mori et renasci innuitur: cum mortuos lavare moris esset æque ac recens natos. *Act.* ix. 37.

Recte baptismum suscipientes, i. e. in nomine Patris, Filii et Spiritus Sancti, una cum seria Fidei et Resipiscentiæ professione.

Fides augetur, in adultis saltem; quin et pro infantibus Deum ab Ecclesia frustra invocari quis autumat?

Baptismus Parvulorum. Nam talium esse Regnum Dei asserit Christus; et omnes gentes (gentes autem tam ex parvulis quam ex adultis constant) baptizari jubet.

Nowelli Cat. *Hammond's* Pract. Cat. l. 6. §. 2, 3. *Wall's* History of Infant Baptism, and Confer. *Walker's* Modest Plea. *Jewel's* Def. Apol. part 2. c. 11. Divis. 3. *Prideaux* Fasc. Controv. C. 6. Q. 4.

Barnabas.—Descendimus in aquam pleni peccatis et sordibus, et ascendimus fructibus pleni, et præcordiis nostris timorem et spem habentes in Dominum in Spiritu. *Epist.* c. 11.

Justinus Martyr.—Ὅσοι ἂν πεισθῶσι καὶ πιστεύωσιν ἀληθῆ ταῦτα τὰ ὑφ' ἡμῶν διδασκόμενα καὶ λεγόμενα εἶναι, καὶ βιοῦν οὕτως δύνασθαι ὑπισχνῶνται——ἄγονται ὑφ' ἡμῶν ἔνθα ὕδωρ ἐστὶ, καὶ τρόπον ἀναγεννήσεως, ὃν καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ ἀνεγεννήθημεν, ἀναγεννῶνται. *Apolog.* 1. *c.* 79. Ὅπως ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, ὑπὲρ ὧν προημάρτομεν, τύχωμεν ἐν τῷ ὕδατι——καλεῖται δὲ τοῦτο τὸ λουτρὸν Φωτισμὸς, ὡς φωτιζομένων τὴν διάνοιαν τῶν ταῦτα μανθανόντων. *ibid. c.* 80.

Theophilus Antioch.—Ἔτι μὲν καὶ εὐλογήθη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, τὰ ἐκ τῶν ὑδάτων γενόμενα, ὅπως ᾖ καὶ τοῦτο εἰς δεῖγμα τοῦ μέλλειν λαμβάνειν τοὺς ἀνθρώπους μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν διὰ ὕδατος καὶ λουτροῦ παλιγγενεσίας, πάντας τοὺς προσίοντας τῇ ἀληθείᾳ, καὶ ἀναγεννωμένους καὶ λαμβάνοντας εὐλογίαν παρὰ τοῦ Θεοῦ. *ad Autol. l.* 2.

Quicunque persuasi fuerint et crediderint vera esse quæ a nobis traduntur et dicuntur, ac vivere se ita posse receperint——adducuntur a nobis, ubi aqua est; atque eo Regenerationis modo, quo ipsi regenerati sumus, regenerantur. Ut Remissionem peccatorum, quæ ante peccaveramus, in aqua consequamur.——Vocatur vero lavacrum hoc Illuminatio, quod eorum, qui hæc discunt, mentes illuminentur.

Præterea quæ ex aquis orta sunt, benedicta sunt, ut ostenderetur homines accepturos pœnitentiam et peccatorum remissionem per aquam et Regenerationis lavacrum, quotquot accedunt ad veritatem, et regenerantur accipientes benedictionem a Deo.

Irenæus.—Omnes venit per semetipsum salvare, omnes, inquam, qui per eum renascuntur in Deum, infantes, et parvulos, et pueros, et juvenes, et seniores. *adv. Hær. l.* 2. *c.* 39.

CYPRIANUS.—Si etiam gravissimis delictoribus et in Deum multum ante peccantibus, cum postea crediderint, remissa peccatorum datur, et a baptismo atque a gratia nemo repellitur; quanto magis prohiberi non debet Infans, qui recens natus, &c. *ad Fidum Epist.* 64.

ARTICULUS XXVIII.

De Cœna Domini.

CŒNA Domini non est tantum signum mutuæ benevolentiæ Christianorum inter se, verum potius est Sacramentum nostræ per mortem Christi redemptionis.

Atque adeo, rite, digne, et cum fide sumentibus, panis quam frangimus est communicatio corporis Christi: similiter poculum benedictionis, est communicatio sanguinis Christi.

Panis et Vini Transubstantiatio in Eucharistia, ex sacris literis probari non potest. Sed apertis Scripturæ verbis adversatur, Sacramenti naturam evertit, et multarum superstitionum dedit occasionem.

Corpus Christi datur, accipitur, et manducatur in Cœna, tantum cœlesti et spiritali ratione; Medium autem quo corpus Christi accipitur et manducatur in Cœna, fides est.

Sacramentum Eucharistiæ, ex institutione Christi non servabatur, circumferebatur, elevebatur, nec adorabatur.

Cœna Domini—signum benevolentiæ.] Ὅτι εἷς ἄρτος, ἓν σῶμα οἱ πολλοί ἐσμεν· οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν. 1 *Cor.* x. 17.

Sacramentum—redemptionis.] Ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον, μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λέγων· Τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. *Luc.* xxii. 20.—Ὁσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε, τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου καταγγέλλετε, ἄχρις οὗ ἂν ἔλθῃ. 1 *Cor.* xi. 26.

Panis quem frangimus &c.] Τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας ὃ εὐλογοῦμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ἐστι; τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐστιν; 1 *Cor.* x. 16.

Transubstantiatio—Scripturæ verbis adversatur.] 1 *Cor.* xi. 26. ut supra.

Cœlesti et spirituali ratione.] Τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν, ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν. Τὰ ῥήματα ἃ ἐγὼ λαλῶ ὑμῖν, πνεῦμά ἐστι καὶ ζωή ἐστιν. *Joh.* vi. 63.—Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ὅτι οἱ πατέρες ἡμῶν — πάντες τὸ αὐτὸ βρῶμα πνευματικὸν ἔφαγον. 1 *Cor.* x. 1, 3.

Medium autem fides est.] Εἶπε δὲ αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς· ὁ ἐρχόμενος πρός με, οὐ μὴ πεινάσῃ, καὶ ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ οὐ μὴ διψήσῃ πώποτε. *Joh.* vi. 35.

Cœna Domini est quidem signum mutui amoris, intimæque Communionis apud Christianos; sed præcipue ostendit Christum pro nobis oblatum victimam piacularem; et talem revera exhibet unicuique sacra elementa digne participanti.

Hooker's Eccl. Pol. l. 5. §. 67. *Jewel's* Def. Apol. part 2. c. 12. Div. 1.

Transubstantiatio, i. e. Substantiæ panis et vini in Substantiam Carnis et Sanguinis Christi conversio. Res, si rationi et sensibus ulla sit fides, absurdissima; et cui a Scriptura contradicitur, quæ panem et poculum, etiam post consecrationem, panem et poculum esse dicit: quin et ab ipso Missæ Canone, in quo oratur ut Eucharistia fiat *nobis* Corpus et Sanguis Domini; unde ita *in se* non esse plane innuitur. Sacramenti quinetiam naturam evertit? nihil enim potest esse sui Sacramentum. Denique superstitionibus, elevationi sc. cir-

cumgestationi, imo et 'Αρτολατρεία occasionem dedit.

Nowelli Cat. *Jewel's* Def. Apol. part 2. c. 13. Div. 1. and Reply, Art 5, 10, 25, 26. Rubrick after the Communion Service. *Mason* de Min. Angl. l. 5. c. 6. *Tillotson's* Discourse against Transubstantiation. *Pearson* on the Creed, Art. 3.

Cœlesti et Spiritali ratione. Terreno enim et corporali modo id facere, flagitium et facinus esse dicit *Augustinus.* Ideoque textum istum *Joh.* vi. 53. *Nisi manducaveritis carnem filii hominis et sanguinem biberitis, non habetis vitam in vobis*, figuram esse ait, "quæ præcipit passioni Domini esse communicandum, et suaviter et utiliter recondendum in memoria, quod pro nobis Caro ejus crucifixa et vulnerata sit." *Augustin.* de doctrina Christiana, lib. 3. c. 16. Qui etiam sic interpretatur ista Christi dicta. Joh. vi. 63. "Spiritualiter intelligite quod locutus sum. Non hoc Corpus quod videtis manducaturi estis, et bibituri istum Sanguinem, quem fusuri sunt qui me crucifigent. Sacramentum vobis commendavi, quod spiritualiter intellectum vivificabit vos." *Aug.* in *Psal.* xcviii.

Medium autem &c. Cum dicat Christus nisi manducaveritis &c. non habetis vitam, *Joh.* vi. 53. Idemque dicat, qui credit in me habet vitam æternam. *ibid.* v. 47. patet medium quo manducatur esse Fidem.

Homily on the Sacrament, part 1. *Nowelli* Cat. *Jewel's* Def. Apol. part 2. c. 13. Div. 1. *Bilson* of Christian Subj. part 4.

Dixit Christus, *Accipite, edite, bibite;* non *servate, circumferte,* &c.

Jewel's Def. Apol. part 2. c. 15. Divis. 1. and Reply, Art. 7, 8, 9.

Justinus Martyr.—*Οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον, οὐδὲ κοινὸν πόμα ταῦτα λαμβάνομεν· ἀλλ' ὃν τρόπον διὰ λόγου Θεοῦ σαρκοποιηθεὶς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, καὶ σάρκα καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν, οὕτως καὶ τὴν*

Non enim ut communem panem, neque communem potum, ista sumimus: sed quemadmodum per verbum Dei Jesus Christus Servator noster, et carnem et sanguinem salutis nostræ causa habuit, sic etiam, in qua per preces

δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ εὐχαριστηθεῖσαν τροφὴν, ἐξ ἧς αἷμα καὶ σάρκες κατὰ μεταβολὴν τρέφονται ἡμῶν, ἐκείνου τοῦ σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ καὶ σάρκα καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν εἶναι. *Apolog.* 1. c. 86.

Irenæus.—Ὡς γὰρ ἀπὸ γῆς ἄρτος προσλαμβανόμενος τὴν ἐπίκλησιν τοῦ Θεοῦ οὐκέτι κοινὸς ἄρτος ἐστὶν, ἀλλ' εὐχαριστία, ἐκ δύο πραγμάτων συνεστηκυῖα, ἐπιγείου τε καὶ οὐρανίου. *advers. Hær. l.* 4. *c.* 34.

Χριστιανῶν κατηχουμένων δούλους Ἕλληνες συλλαβόντες, εἶτα μαθεῖν τὶ παρὰ τούτων δῆθεν ἀπόρρητον περὶ Χριστιανῶν ἀναγκάζοντες, οἱ δοῦλοι οὗτοι, μὴ ἔχοντες πῶς τὸ τοῖς ἀναγκάζουσι καθ' ἡδονὴν ἐρεῖν, παρόσον ἤκουον τῶν δεσποτῶν, τὴν θείαν μετάληψιν αἷμα καὶ σῶμα εἶναι Χριστοῦ, αὐτοὶ νομίσαντες τῷ ὄντι αἷμα καὶ σάρκα εἶναι, τοῦτο ἐξεῖπον τοῖς ἐκζητοῦσι. οἱ δὲ λαβόντες ὡς αὐτόχρημα τοῦτο τελεῖσθαι Χριστιανοῖς, καὶ δὲ τοῦτο τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ἐξεπόμπευον, καὶ τοὺς μάρτυρας Σάγκτον

Verbi ab ipso profecti gratiæ sunt actæ, alimoniam, unde sanguis et caro nostra per mutationem aluntur, incarnati illius Jesu carnem et sanguinem esse docti sumus.

Quemadmodum enim qui est a terra Panis, percipiens invocationem Dei jam non communis panis est, sed Eucharistia ex quabus rebus constans terrena et cœlesti.

Cum Græci servos Christianorum in divinis mysteriis edoctorum apprehendissent, deinde vim inferrent, ut videlicet arcanum quippiam ab his de Christianis discerent; servi illi non habentes quomodo vim inferentibus ad placitum loquerentur, præterquam quod a Dominis audierant, divinam communionem esse sanguinem et corpus Christi: existimantes ipsi quod vere sanguis et caro esset, hoc responderunt inquirentibus. Illi vero id ita accipientes, ac si reipsa hoc perageretur a Christianis, hoc aliis quoque manifestabant

καὶ Βλανδίναν ὁμολογῆσαι διὰ βασάνων ἠνάγκαζον. οἷς εὐστόχως Βλανδίνα ἐπαῤῥησιάσατο, πῶς ἂν, εἰποῦσα, τούτων ἀνάσχοιντο οἱ μηδὲ τῶν ἐφειμένων κρεῶν δι' ἄσκησιν ἀπολαύοντες; p. 469, *Ed.* 1702.


Græcis, et Martyres, Sanctum et Blandinam, id fateri tormentis cogebant. Quibus scite et libere Blandina respondit, dicens: Quomodo hæc ferrent, qui ob sacram exercitationem ne concessis quidem carnibus vescerentur?



Tertullianus.—Acceptum panem et distributum discipulis, corpus suum illum fecit, hoc est corpus meum dicendo, id est, figura corporis mei. *adv. Marcion, l.* 4. *c.* 40.

Cyprianus.—Cum dicat Christus, Ego sum vitis vera; Sanguis Christi non aqua est utique sed vinum: Nec potest videri sanguis ejus, quo redempti et vivificati sumus, esse in calice; quando vinum desit calici, quo Christi sanguis ostenditur. *Epist.* 63.

N. B. *Si hic sit ulla transubstantiatio, est Sanguinis in vinum, non vini in Sanguinem; et cum vino Sanguis ostenditur, vinum non potest esse ipse Sanguis, quum nihil sit sui ipsius signum.*



Articulus XXIX.

De Manducatione Corporis Christi, et impios illud non manducare.

Impii, et fide viva destituti, licet carnaliter et visibiliter (ut Augustinus loquitur) corporis et san-

guinis Christi Sacramentum dentibus premant nullo tamen modo Christi participes efficiuntur: sed potius tantæ rei Sacramentum, seu Symbolum, ad judicium sibi manducant et bibunt.

Nullo modo Christi participes efficiuntur.] Ἐὰν εἴπωμεν ὅτι κοινωνίαν ἔχομεν μετ᾿ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ σκότει περιπατῶμεν, ψευδόμεθα, καὶ οὐ ποιοῦμεν τὴν ἀλήθειαν. 1 *Joh.* i. 6.

Ad judicium manducant.] Ὁ γὰρ ἐσθίων καὶ πίνων ἀναξίως, κρῖμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει, μὴ διακρίνων τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου. 1 *Cor.* xi. 29.

Articulus hic est prioris Consectarium. Nam, quum Fides est medium Manducationis Sacramentalis, ut Impii, quibus non est Fides, Christi sint participes impossibile est: Symbola vero accipientes ad judicium accipiunt, et peccant in Christum res sacras indigne tractando. Articulus porro hic, ipsissimis Sancti Augustini verbis conceptus, Transubstantiationis Doctrinam funditus evertit. Si enim Elementa in ipsum Corpus et Sanguinem Christi convertantur; nihil impedit quo minus ab Impiis, imo et a muribus, ipsum Christi Corpus manducari possit. Uti etiam agnoscunt *Romanenses;* aiuntque insuper, Hostiam, a quocunque devoratam, Corpus Christi manere usque dum Species evanuerint.

v. *Antonini Florent.* Summ. Part 3. Tit. 13. c. 6. §. 3.

Nowelli Catech. *Bilson* of Christian Subj. part 4. *Field* of the Church, l. 3. Append. c. 18.

Locus Augustini *quem respicit Articulus est in ejus Tractatu* 26to *in Joannem. Verba autem sunt hæc:* Qui manducat carnem meam et bibit Sanguinem meum, in me manet et Ego in illo. Hoc est ergo manducare illam escam, et illum bibere potum, in Christo manere, et illum manentem in se habere. Ac per hoc qui non manet in Christo, et in quo non manet Christus, proculdubio nec manducat Spiritaliter carnem ejus, nec bibit ejus sanguinem; licet carnaliter premat dentibus sacramentum corporis et Sanguinis

Christi: sed magis tantæ rei sacramentum ad judicium sibi manducat et bibit, quia immundus præsumpsit ad Christi accedere sacramenta, quæ aliquis non digne sumit, nisi qui mundus est, de quibus dicitur: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.*

Articulus XXX.

De utraque Specie.

Calix Domini laicis non est denegandus; utraque enim pars Dominici Sacramenti, ex Christi institutione et præcepto, omnibus Christianis ex æquo administrari debet.

Calix laicis non denegandus.] Καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον, καὶ εὐχαριστήσας, ἔδωκεν αὐτοῖς, λέγων· Πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες. *Matt.* xxvi. 27.

Si una pars Sacramenti sit magis quam altera necessaria, Calix ita esse videtur; quum iste Sanguinem Christi repræsentat, cui Remissio peccatorum Redemptioque nostra sæpius in Scriptura quam corpori attribuitur. Nugantur vero *Romanenses* dum dicunt Corpori Sanguinem adesse; nam in Eucharistia non Vitam, sed Mortem Domini, in qua Sanguis a corpore separatus est, commemoramus. 1 *Cor.* xi. 26. *Luc.* xxii, 19, 20. Christus etiam ipse huic sacrilegio viam consulto præclusit, jubendo, ut *omnes* de Calice biberent, *Matt.* xxvi. 27. et *Marc.* xiv. 23. *Omnes* bibisse dicitur, quod de pane comedendo nusquam dictum est.

Nowelli Cat. *Jewel's* Def. Apol. part 2. c. 12. Div. 3. and Reply, Art. 2. Discourse of Communion in one kind. *Hammond's* Pract. Cat. l. 6. §. 4. *Bilson* of Christ. Subj. part 4. *Field* of the Church. Append. to the third Book.

Justinus Martyr.—Ἔπειτα προσφέρεται τῷ προεστῶτι τῶν ἀδελφῶν ἄρτος, καὶ ποτήριον ὕδατος καὶ κράματος· καὶ οὗτος λαβὼν, αἶνον καὶ δόξαν τῷ πατρὶ τῶν ὅλων, διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, ἀναπέμπει· καὶ εὐχαριστίαν ὑπὲρ τοῦ κατηξιῶσθαι τούτων παρ' αὐτοῦ ἐπὶ πολὺ ποιεῖται· οὗ συντελέσαντος τὰς εὐχὰς καὶ τὴν εὐχαριστίαν, πᾶς ὁ παρὼν λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων, Ἀμήν. Εὐχαριστήσαντος δὲ τοῦ προεστῶτος, καὶ ἐπευφημήσαντος παντὸς τοῦ λαοῦ, οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν διάκονοι, διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος. *Apolog.* 1. *c.* 85.

Ignatius.—Σπουδάζετε οὖν μιᾷ εὐχαριστίᾳ χρῆσθαι. μία γὰρ σάρξ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἓν ποτήριον εἰς ἕνωσιν τοῦ αἵματος αὐτοῦ. *Epist. ad Philad.*

Deinde ei qui fratribus præest, affertur panis et poculum aquæ et vini. Quibus ille acceptis, laudem et gloriam rerum universarum Patri, per nomen Filii et Spiritus Sancti, offert; et gratiarum actionem pro eo, quod nos donis suis hisce dignatus sit, prolixe exsequitur. Atque ubi ille preces et gratiarum actiones absolvit, populus qui adest omnis fausta approbatione acclamat, dicens, Amen. Præsidens vero, postquam gratiarum actionem perfecit, et populus omnis apprecatione læta eam comprobavit; qui apud nos vocantur Diaconi distribuunt unicuique præsentium, ut participet eum, in quo gratiæ actæ sunt, panem, vinum et aquam.

Studete igitur una Gratiarum actione uti. Una enim caro Domini nostri Jesu Christi, et unus calix in unionem sanguinis ipsius.

Cyprianus.—Baptisma salutaris aquæ semel scilicet sumitur, nec rursus iteratur: cæterum calix Domini in Ecclesia semper sititur et bibitur.——Quia passionis ejus

mentionem in sacrificiis omnibus facimus (passio est enim Domini sacrificium quod offerimus) nihil aliud quam quod ille fecit, facere debemus. Scriptura enim dicit: *Quotiescunque enim ederitis panem istum et calicem istum biberitis, mortem Domini annunciabitis quoadusque veniat.*——Exponere enim justificationes et testamentum Domini, et non hoc idem facere quod fecerit Dominus; quid aliud est, quam sermones ejus abjicere et disciplinam Dominicam contemnere, nec terrena sed spiritalia furta et adulteria committere; dum quis de Evangelica veritate furatur Domini nostri verba et facta, corrumpit atque adulterat præcepta divina? *Epist.* 63.

Quomodo docemus aut provocamus eos in confessione nominis sanguinem suum fundere, si eis militaturis Christi sanguinem denegamus; aut quomodo ad martyrii poculum idoneos facimus, si non eos prius ad bibendum in Ecclesia poculum Domini, jure communicationis, admittimus? *Epist.* 63.

Articulus XXXI.

De unica Christi Oblatione in Cruce perfecta.

Oblatio Christi semel facta, perfecta est redemptio, propitiatio, et satisfactio pro omnibus peccatis totius mundi, tam originalibus quam actualibus. Neque præter illam unicam, est ulla alia pro peccatis expiatio; unde missarum sacrificia, quibus, vulgo dicebatur sacerdotem offerre Christum in remissionem pœnæ, aut culpæ, pro vivis et defunctis, blasphema figmenta sunt, et perniciosæ imposturæ.

Oblatio Christi semel facta.] Τοῦτο γὰρ ἐποίησεν ἐφάπαξ, ἑαυτὸν ἀνενέγκας. *Heb.* vii. 27.—Οὕτως ὁ Χριστὸς ἅπαξ προσενεχθεὶς εἰς τὸ πολλῶν ἀνενεγκεῖν ἁμαρτίας. *Heb.* ix. 28.—Ὃς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αὐτὸς ἀνήνεγκεν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ξύλον. 1 *Pet.* ii. 24.—Καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· οὐ περὶ τῶν ἡμετέρων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου. 1 *Joh.* ii. 2.

Neque est ulla alia expiatio.] Ἑκουσίως γὰρ ἁμαρτανόντων ἡμῶν μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, οὐκ ἔτι περὶ ἁμαρτιῶν ἀπολείπεται θυσία. *Heb.* x. 26.

Hæc Oblatio semel in cruce facta est: quæ cum sufficiens sit, alia non opus est; cum etiam perfecta, non debet iterari.

Unde missarum &c. Si Christus ipse in Missa *vere* offertur in remissionem, vere occiditur, *Heb.* ix. 25, 26. et Sanguis ejus vere effunditur; nam sine sanguinis effusione nulla est remissio. *Heb.* ix. 22. Hoc certe, si quod aliud, blasphemum est figmentum. Si *mystice* tantum offertur, hoc est, si in missa Sacrificium illud unicum in cruce oblatum denuo in altare repræsentetur, in Missa non est verum, proprium, et propitiatorium Sacrificium, uti credunt *Romanenses;* sed tantum veri, proprii, et propitiatorii Sacrificii Commemoratio, uti credunt *Reformati.*

Nowelli Catech. *Mason* de Min. Angl. lib. 5. *Potter* of Church Government, c. 5. §. 4. *Jewel's* Reply, Art. xvii. *Prideaux* Fasc. Controv. C. 6. Q. 6. *Bilson* of Christian Subjection part 4. *Field* of the Church. Append. to the Third Book. *Buckeridge* of Kneeling at the Communion.

IGNATIUS.—Τὸ πάθος ἐστὶν ἡμῶν ἀνάστασις. *ad Smyrn.*

Passio est nostra Resurrectio.

IRENÆUS.—Unus et idem est Christus Jesus Filius Dei, qui per passionem reconciliavit nos Deo.——Ipse enim vere salvavit. *l.* 3. *c.* 18.

Propter hoc autem et Christus mortuus est, uti testamentum Evangelii apertum, et universo mundo lectum, primum quidem liberos faceret servos suos; post deinde hæredes eos constitueret eorum quæ essent ejus. *l. 5. c. 9.*

CYPRIANUS.—Passionis ejus mentionem in Sacrificiis omnibus facimus, passio est enim Domini Sacrificium quod offerimus. *Epist.* 63.

N. B. *Si passio Domini sit Sacrificium; non potest esse verum sacrificium in missa, nisi Dominus in missa vere patiatur: Quod horrendum plane et absurdum.*

ARTICULUS XXXII.

De Conjugio Sacerdotum.

EPISCOPIS, Presbyteris, et Diaconis nullo mandato divino præceptum est, ut aut cœlibatum voveant, aut a matrimonio abstineant. Licet igitur etiam illis, ut cæteris omnibus Christianis, ubi hoc ad pietatem magis facere judicaverint, pro suo arbitratu matrimonium contrahere.

Episcopis &c.] Τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος· πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ Θεός. *Heb.* xiii. 4.—Δεῖ οὖν τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι, μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα. 1 *Tim.* iii. 2.—Διάκονοι ἔστωσαν μιᾶς γυναικὸς ἄνδρες, τέκνων καλῶς προϊστάμενοι, καὶ τῶν ἰδίων οἴκων. 1 *Tim.* iii. 12.

Cum Apostoli suas habuerint et circumduxerint uxores, (1 *Cor.* ix. 5.) et quales esse debent Presbyterorum et Diaconorum uxores doceat Apostolus, (1 *Tim.* iii. 11.) patet legitimum esse Clericis matrimonii usum.

Jewel's Def. Apol. part 2. c. 8. Div. 1. *Hall's* Letter to *Whiting*, Dec. 2. Epist. 3. and Ho-

nour of the Married Clergy. *Patrick's* Answer to the Touchstone, §. 4. Treatise of the Celibacy of the Clergy. *Field* of the Church, l. 5. c. 57, 58. *Mason* de Min. Angl. l. 2. c. 8.

TERTULLIANUS — *Presbyter uxoratus, libros duos ad Uxorem scripsit, in quorum primo* (*cap.* 7.) *se Matrimonii juribus usum esse innuit, dicens:* Quare facultatem continentiæ, quantum possumus, non diligamus? quamprimum obvenerit imbibamus: ut quod in matrimonio non valemus, in viduitate sectemur.

CYPRIANUS—Novato *Presbytero objicit,* non *Matrimonium,* sed Uterum *uxoris* calce percussum, et abortione properante in parricidium partum expressum. *Epist.* 53.

ARTICULUS XXXIII.

De Excommunicatis vitandis.

QUI per publicam Ecclesiæ denunciationem rite ab unitate Ecclesiæ præcisus est, et excommunicatus, is ab universa fidelium multitudine (donec per pœnitentiam publice reconciliatus fuerit arbitrio Judicis competentis) habendus est tanquam Ethnicus et publicanus.

Qui per publicam Ecclesiam &c.] Ἐὰν δὲ παρακούσῃ αὐτῶν, εἰπὲ τῇ ἐκκλησίᾳ· ἐὰν δὲ καὶ τῆς ἐκκλησίας παρακούσῃ, ἔστω σοι ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης. *Matt.* xviii. 17.—Νυνὶ δὲ ἔγραψα ὑμῖν μὴ συναναμίγνυσθαι, ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ᾖ πόρνος, ἢ πλεονέκτης, ἢ εἰδωλολάτρης, ἢ λοίδορος, ἢ μέθυσος, ἢ ἅρπαξ. τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν. 1 *Cor.* v. 11.—Τοὺς δὲ ἔξω ὁ Θεὸς κρίνει. Καὶ ἐξαρεῖτε τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν. 1 *Cor.* v. 13.

Cum Ecclesia sit Sanctorum Societas Christo subjecta; Quid æquius quam ut iste, qui in Christum rebellis, flagitiis suis nomini Christiano dedecus inurit, ab Ecclesiæ communione arceatur, et ut Ethnicus habeatur, qui Ethnicam agit vitam? Talem omnes notare oportet, neque cum eo commercium habere, ut pudefiat: 2 *Thess.* iii. 6, 14. Quod si resipiscat, in communionem denuo restituendus est. Sed interim observandum est, quod Excommunicatio nulla vincula naturalia solvat, quin Subditi in Principes, Uxores in Maritos, Liberi in Parentes, Servi in Dominos, utcunque excommunicatos, et vicissim, sua quisque officia præstare debent, cum hæc debita sint nullo habito Religionis respectu.

Judicis competentis. i. e. Episcopi, vel ejus saltem cui Episcopalis hæc potestas rite delegata est.

Potter of Church Government c. 5. §. 8. *Whitgift's* Defence, Tract. 18. *Field* of the Church, l. 1. c. 15.

Ignatius.—*Προφυλάσσω δὲ ὑμᾶς ἀπὸ τῶν θηρίων τῶν ἀνθρωπομόρφων, οὓς οὐ μόνον δεῖ ὑμᾶς μὴ παραδέχεσθαι, ἀλλ' εἰ δυνατόν ἐστι μηδὲ συναντᾷν. ad Smyrn.*

Præmunio vos a bestiis anthropomorphis: quos non solum oportet vos non recipere; sed, si possibile, neque eis obviare.



Cyprianus.—Qui Ecclesiæ non tenet unitatem, quisquis ille fuerit, multum de se licet jactans et sibi plurimum vindicans, profanus est, alienus est, foris est. *Epist.* 55.

Discedite a talibus quæso vos, et acquiescite consiliis nostris. *Epist.* 43.

Articulus XXXIV.

De Traditionibus Ecclesiasticis.

Traditiones atque cæremonias easdem non omnino necessarium est esse ubique, et prorsus consimiles. Nam et variæ semper fuerunt, et mutari possunt pro Regionum, temporum, et morum diversitate, modo nihil contra verbum Dei instituatur.

Traditiones et cæremonias Ecclesiasticas, quæ cum verbo Dei non pugnant, et sunt auctoritate publica institutæ atque probatæ, quisquis privato consilio volens, et data opera, publice violaverit, is, ut qui peccat in publicum ordinem Ecclesiæ, quique lædit auctoritatem Magistratus, et qui infirmorum fratrum conscientias vulnerat, publice, ut cæteri timeant, arguendus est.

Quælibet Ecclesia particularis, sive Nationalis, auctoritatem habet instituendi, mutandi aut abrogandi cæremonias, aut ritus Ecclesiasticos, humana tantum auctoritate institutos, modo omnia ad ædificationem fiant.

Peccat in publicum ordinem Ecclesiæ.] Εἰ δέ τις δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι, ἡμεῖς τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχομεν, οὐδὲ αἱ ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ. 1 *Cor.* xi. 16.—Πάντα εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν γινέσθω. 1 *Cor.* xiv. 40.

Lædit auctoritatem Magistratus.] Πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω. Οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία εἰ μὴ ἀπὸ Θεοῦ· αἱ

δὲ οὖσαι ἐξουσίαι, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν. Ὥστε ὁ ἀντιτασσόμενος τῇ ἐξουσίᾳ, τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν· οἱ δὲ ἀνθεστηκότες ἑαυτοῖς κρῖμα λήψονται. *Rom.* xiii. 1, 2.

Infirmorum conscientias vulnerat.] Οὕτω δὲ ἁμαρτάνοντες εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τύπτοντες αὐτῶν τὴν συνείδησιν ἀσθενοῦσαν, εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνετε. 1 *Cor.* viii. 12.

Publice arguendus.] Τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἐνώπιον πάντων ἔλεγχε, ἵνα καὶ οἱ λοιποὶ φόβον ἔχωσι. 1 *Tim.* v. 20.

Ad ædificationem.] Πάντα πρὸς οἰκοδομὴν γενέσθω. 1 *Cor.* xiv. 26.

Ritus et Cæremoniæ sunt res ex se indifferentes; at, cum auctoritate Ecclesiastica sanciuntur, ab omnibus debent observari, ob reverentiam isti auctoritati debitam, cujus auctor est Deus; qui etiam jussit ut obediremus Præpositis nostris, atque iisdem subjici. *Heb.* xiii. 17. Qui aliter facit, est Schismaticus.

Infirmorum &c. Nempe malo suo exemplo illos in peccatum ducendo.

Quælibet Ecclesia particularis &c. Hujusmodi enim Ecclesiæ sunt auctoritate pares, adeo ut una in alteram non habeat potestatem; omnium vero Rex et Dominus est Christus. Unde in iis Rebus, quas Ille nec jussit nec prohibuit, unaquæque Ecclesia libertate sua, pro re nata, uti possit.

Preface to the Common Prayer. *Hooker's* Eccl. Pol. l. 3. et 4. §. 13. *Whitgift's* Defence, Tract. 2. *Prideaux* Fasc. Contr. C. 4. §. 3. Q. 5. *Burscough* of Schism. Sect. IV. §. 6.

Irenæus—*De* Polycarpo *Smyrnæ et* Aniceto *Romæ Episcopis de festo Paschæ dissentientibus* hæc narrat: Τοῦ μακαρίου Πολυκάρπου ἐπιδημήσαντος τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀνικήτου, καὶ περὶ ἄλλων τινῶν μικρὰ σχόντες πρὸς ἀλλήλους, εὐθὺς εἰρήνευσαν, περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου μὴ φιλεριστήσαντες ἑαυτούς. οὔτε γὰρ ὁ Ἀνίκητος τὸν Πολύκαρπον

Cum beatus Polycarpus, Aniceti tempore, Romam venisset, et modica aliis de rebus inter eos esset controversia, confestim pax fuit inter eos conciliata, nec de hoc capite inter se contendere voluerunt. Neque enim Anicetus Poly-

πεῖσαι ἐδύνατο μὴ τηρεῖν, ἅτε μετὰ Ἰωάννου τοῦ μαθητοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ λοιπῶν ἀποστόλων οἷς συνδιέτριψεν, ἀεὶ τετηρηκότα· οὔτε μὴν ὁ Πολύκαρπος τὸν Ἀνίκητον ἔπεισε τηρεῖν, λέγοντα τὴν συνήθειαν τῶν πρὸ αὐτοῦ πρεσβυτέρων ὀφείλειν κατέχειν. καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐκοινώνησαν ἑαυτοῖς. *p.* 466. *Ed. Ox.* 1702.

carpo poterat persuadere, ut observare desisteret, quæ cum Joanne discipulo Domini nostri et reliquis Apostolis, quibuscum versatus est, semper observarat: neque Polycarpus Aniceto persuasit ut observaret, quippe qui morem Presbyterorum, qui eum antecesserant, sibi retinendum assereret. Quæ cum ita se haberent, communicabant inter se mutuo.

Articulus XXXV.

De Homiliis.

Tomus secundus Homiliarum, quarum singulos titulos huic articulo subjunximus, continet piam et salutarem doctrinam, et his temporibus necessariam, non minus quam prior Tomus Homiliarum, quæ editæ sunt tempore Edvardi Sexti: Itaque eas in Ecclesiis per ministros diligenter, et clare, ut a populo intelligi possint, recitandas esse judicavimus.

De nominibus Homiliarum.

Of the right use of the Church.
Against Peril of Idolatry.
Of Repairing and keeping clean of Churches.
Of Good Works.
First, of Fasting.
Against Gluttony and Drunkenness.
Against excess in Apparel.
Of Prayer.
Of the place and time of Prayer.
That common Prayers and Sacraments ought to be ministered in a known Tongue.
Of the reverent Estimation of God's Word.
Of Alms-doing.
Of the Nativity of Christ.
Of the Passion of Christ.
Of the Resurrection of Christ.
Of the worthy receiving of the Sacrament of the Body and Blood of Christ.
Of the gifts of the Holy Ghost.
Of the Rogation-days.
Of the State of Matrimony.
Of Repentance.
Against Idleness.
Against Rebellion.

In hoc Articulo, Doctrina in Homiliarum libris contenta asseritur contra *Romanenses*, qui illam pravitatis Hæreticæ damnarunt; et earundem in Ecclesiis recitatio approbatur contra *Puritanos*, qui contenderunt nihil præter Scripturas sacras in Ecclesiis esse publice legendum.

Whitgift's Defens. Tract. 21. *Hooker's* Eccl. Pol. l. 5. §. 20.

Veritas autem hujus Articuli æquitasque ex ipsa Homiliarum lectione optime patebit. Et omnium profecto interest, eorum præsertim qui Articulis hisce subscripturi sunt, Homilias serio perlegere. Liber certe est utilissimus, in quo evolvendo nunquam pœnitebit operæ, quasi male collocatæ.

Homiliæ suam doctrinam abunde probant, Patrum etiam testimoniis, quotiescunque iis opus est.

Articulus XXXVI.

De Episcoporum et Ministrorum Consecratione.

Libellus de consecratione Archiepiscoporum et Episcoporum, et ordinatione Presbyterorum et Diaconorum, editus nuper temporibus Edvardi VI. et auctoritate Parliamenti illis ipsis temporibus confirmatus, omnia ad ejusmodi consecrationem et ordinationem necessaria continet, et nihil habet quod ex se sit aut superstitiosum aut impium: itaque quicunque juxta ritus illius libri consecrati aut ordinati sunt, ab anno secundo prædicti regis Edvardi usque ad hoc tempus, aut in posterum juxta eosdem ritus consecrabuntur aut ordinabuntur, rite atque ordine atque legitime statuimus esse et fore consecratos et ordinatos.

Omnia ad Consecrationem &c –necessaria.] Οὓς ἔστησαν ἐνώπιον τῶν ἀποστόλων· καὶ προσευξάμενοι ἐπέθηκαν αὐτοῖς τὰς χεῖρας. *Act.* vi. 6.—Τότε νηστεύσαντες καὶ προσευξάμενοι, καὶ ἐπιθέντες τὰς χεῖρας αὐτοῖς, ἀπέλυσαν. *Act.* xiii. 3.—Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη σοι διὰ προφητείας, μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου. 1 *Tim.* iv. 14.

Si quid deest Ordinationi, cujus Forma in libello isto præscribitur: id est, vel ex parte Ordinantium; hi autem sunt Episcopi: vel ex ordinandi modo; iste autem est Impositio manuum cum aptis precibus; vel demum ex parte Ordinandorum; hi autem probati sunt quoad Fidem, Mores, et Scientiam: et in eosdem confertur potestas ea omnia exequendi, quæ ad Of-

ficia sua pertinent. Nihil ergo ad justam plenamque ordinationem desideratur.

Mason de Minist. Anglic. lib. 1. c. 16. *Bedel's* Answer to *Waddesworth*, c. 11. *Prideaux* Fasc. Controv. c. 4. §. 3. Q. 7. *Hooker's* Eccl. Pol. lib. 5. §. 77, 78. A Vindication of the Ordination of the Church of *England*. *Field* of the Church, l. 5. c. 56.

Formæ, quibus in consecrandis Clericis usæ sunt primævæ Ecclesiæ, nunc temporis non extant. At si vetustissimas, quas hodie reperire est, consulas, reperies nihil a nostra Ecclesia omissum, quod ad plenam ordinationem olim requirebatur.

Articulus XXXVII.

De Civilibus Magistratibus.

Regia Majestas in hoc Angliæ regno ac cæteris ejus dominiis summam habet potestatem, ad quam omnium statuum regni, sive illi Ecclesiastici sint, sive Civiles, in omnibus causis, suprema gubernatio pertinet; et nulli externæ jurisdictioni est subjecta, nec esse debet.

Cum Regiæ Majestati summam gubernationem tribuimus, quibus titulis intelligimus animos quorundam calumniatorum offendi, non damus Regibus nostris aut verbi Dei, aut Sacramentorum administrationem, quod etiam injunctiones ab Elizabetha Regina nostra nuper editæ apertissime testantur; sed eam tantum prærogativam, quam in Sacris Scrip-

turis a Deo ipso, omnibus piis Principibus, videmus semper fuisse attributam: hoc est, ut omnes status atque ordines Fidei suæ a Deo commissos, sive illi Ecclesiastici sint sive Civiles, in officio contineant, et contumaces ac delinquentes, gladio civili coerceant

Romanus Pontifex nullam habet jurisdictionem in hoc Regno Angliæ.

Leges Regni possunt Christianos propter capitalia et gravia crimina morte punire.

Christianis licet, ex mandato Magistratus, arma portare et justa bella administrare.

Regia Majestas summam habet potestatem.] *Rom.* xiii. 1, 2. ut Supra, Art. xxxiv.—Ὑποτάγητε οὖν πάσῃ ἀνθρωπίνῃ κτίσει, διὰ τὸν Κύριον· εἴτε βασιλεῖ, ὡς ὑπερέχοντι. κ.τ.λ. 1 *Pet.* ii. 13, 14.

Non damus Regibus nostris, aut verbi Dei &c] Καὶ ἔστησαν ἐπὶ Ὀζίαν τὸν βασιλέα, καὶ εἶπαν αὐτῷ, Οὐ σοὶ, Ὀζία, θυμίασαι τῷ Κυρίῳ, ἀλλ' ἢ τοῖς ἱερεῦσιν υἱοῖς Ἀαρὼν τοῖς ἡγιασμένοις θῦσαι. 2 *Chron.* xxvi. 18.

Morte punire.] Θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστί σοι εἰς τὸ ἀγαθόν. Ἐὰν δὲ τὸ κακὸν ποιῇς, φοβοῦ· οὐ γὰρ εἰκῇ τὴν μάχαιραν φορεῖ. Θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστιν, ἔκδικος εἰς ὀργὴν τῷ τὸ κακὸν πράσσοντι. *Rom.* xiii. 4.

Christianis licet arma portare.] Ἐπηρώτων δὲ αὐτὸν καὶ στρατευόμενοι, λέγοντες· Καὶ ἡμεῖς τί ποιήσομεν; Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· Μηδένα διασείσητε, μηδὲ συκοφαντήσητε, καὶ ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν. *Luc.* iii. 14.—Ἀνὴρ δέ τις ἦν ἐν Καισαρείᾳ ὀνόματι Κορνήλιος, ἑκατοντάρχης ἐκ σπείρης τῆς καλουμένης Ἰταλικῆς, Εὐσεβὴς καὶ φοβούμενος τὸν Θεὸν, σὺν παντὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ποιῶν τε ἐλεημοσύνας πολλὰς τῷ λαῷ, καὶ δεόμενος τοῦ Θεοῦ διαπαντός. *Act.* x. 1, 2.

Cum Reges sint ex officio custodes utriusque tabulæ, necesse est ut Ecclesiastici æque ac Laici eorum imperio subjiciantur; et de omnibus causis, tam quæ Pietatem erga Deum quam

quæ Justitiam inter homines spectent, cognoscendi potestatem habeant. Hanc auctoritatem pii Principes apud Judæos, et Christiani Imperatores in primitiva Ecclesia, obtinuerunt. Quicunque autem affirmabit Reges nostros eandem non habere, ipso facto est excommunicandus. *Canon* 2.

Jewel's Def. Apol. part 6. c. 11. Div. 1. *Whitgift's* Defence Tract. 20. *Bilson* of Christian Subj. part 2. *Hooker's* Eccles. Pol. l. 5. §. 1. et l. 8. *Prideaux* Fasc. Contr. C. 4. §. 2. Q. 3, 6. *Scott's* Christian life, part 2. c. 7. Sect. 10. *Field* of the Church, l. 5, c. 53.

Romanus Pontifex &c. Quo tandem jure haberet? An ut Petri Successor? At Apostoli omnes auctoritate pares; quinetiam Paulus Gentium fuit Apostolus, Petrumque ipsum redarguere non veritus est. *Gal.* ii. 9, 14. An jure Patriarchatus? Anglia autem extra Patriarchatum *Romanum*. An *Constantini* donationis? Ridicula nimis Impostura. An Conversionis nostræ ad Fidem? Omnes igitur Ecclesiæ, ne *Romana* quidem excepta, *Hierosolymitanæ* subjectæ, nulla autem *Romanæ*, nisi quæ illi fidem acceptam refert. *Britanni* autem diu ante *Augustinum* Papæ legatum ad fidem conversi. Quare Pontifex *Romanus* negotiis nostris sese immiscens, est ἀλλοτριοεπίσκοπος.

Jewel's Def. Apol. part 4. c. 14. Div. 1. *Bilson* of Christian Subject. part. 1. *Hammond* of Schism, c. 4, 5, 6, 7. *Prideaux* Fasc. Contr. C. 4. §. 3. Q. 1. *Mason* de Minist. Angl. l. 4. c. 3, 4, 15, 16. Bishop *Lloyd's* Historical Account of Church Government c. 2. *Field* of the Church, l. 5. c. 32, &c. *Cave* of Church Government.

Deus ipse principes gladio induit, (*Rom.* xiii. 4.) Justitiæ tam civilis quam bellicæ instrumento. Frustra autem gestaretur gladius, quo uti non liceret.

Hammond's Pract. Catech. l. 2. §. 5. 9.

TERTULLIANUS.—Colimus ergo Imperatorem sic, quomodo et nobis licet, et ipsi expedit, ut hominem a Deo secundum; et quicquid est, a Deo consecutum, solo Deo minorem. *ad Scapulam, cap.* 2.

N. B. *Ecclesia primis tribus sæculis nullos experta est principes, nisi qui eam vel persequerentur vel saltem negligerent. Unde res suas sibi habuit. At vero ex quo Imperatores facti sunt Christiani, res Ecclesiæ ab ipsis dependerunt. v. Socratis*

Hist. Eccl. l. 5. in proœmio. Exinde enim Hi convocare Concilia, ab eisdem appellationes admittere, de causis Ecclesiasticis cognoscere, &c. Denique qualemcunque potestatem circa Sacra regibus suis attribuit Ecclesia Anglicana, *eadem Christianos Imperatores usos esse abunde constat.*

Romanum Pontificem nullam jurisdictionem extra suam Diœcesim habuisse patet ex eo, quod Aniceto *Papæ in causa Paschæ non cesserit* Polycarpus. v. ad Art. xxxiv.

CYPRIANUS—*de* Stephano *hæc habet.* Inter cætera vel superba, vel ad rem non pertinentia, vel sibi ipsi contraria, quæ imperite et improvide scripsit, etiam illud adjunxit ut diceret: *siquis ergo a quacunque Hæresi venerit ad nos, nihil innovetur nisi quod traditum est, ut manus illi imponatur ad pœnitentiam; cum ipsi Hæretici proprie alterutrum ad se venientes non baptizent, sed communicent tantum.*

Decretum hoc spernit Cyprianus, et dicit e contra: *Observatur a nobis et tenetur, explorata et perspecta veritate, ut omnes qui ex quacunque hæresi ad Ecclesiam convertuntur, Ecclesiæ unico legitimo baptismo baptizentur, exceptis his qui baptizati in Ecclesia prius fuerant, et sic ad Hæreticos transierant. Epist.* 74.

Neque enim quisquam nostrum Episcopum se esse Episcoporum constituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos adigit; quando habeat omnis Episcopus, pro licentia libertatis et potestatis suæ, arbitrium proprium, tamque judicari ab alio non possit, quam nec ipse potest judicare. Sed expectemus universi judicium Domini nostri Jesu Christi, qui unus et solus habet potestatem et præponendi nos in Ecclesiæ suæ gubernatione, et de actu nostro judicandi. *Cyprianus in Concil. Carthag.*

IRENÆUS.—Quoniam absistens a Deo homo in tantum efferavit, ut etiam consanguineum hostem sibi putaret, et in omni inquietudine et homicidio et avaritia sine timore versaretur; imposuit illi Deus humanum timorem, ut potestati hominem subjecti et lege eorum adstricti, aliquid assequantur justitiæ, et moderentur ad invicem, in manifesto propositum gladium timentes, sicut Apostolus ait: *Non enim sine causa*

gladium portat; Dei enim minister est, vindex in iram ei qui male operatur. Et propter hoc et ipsi magistratus indumentum justitiæ leges habentes, quæcunque juste et legitime fecerint, de his non interrogabuntur, neque pœnas dabunt. *adv. Hær. l. 5. c. 24.*

Christianos, sub Ethnicis etiam Imperatoribus, militasse satis constat ex Tertulliano *de Corona Militis et Apologetico. c. 42.*

Articulus XXXVIII.

De illicita bonorum Communicatione.

Facultates et bona Christianorum non sunt communia, quoad jus et possessionem (ut quidam Anabaptistæ jactant); debet tamen quisque de his quæ possidet, pro facultatum ratione, pauperibus eleemosynas benigne distribuere.

Bona Christianorum non communia.] Οὐχὶ μένον, σοὶ ἔμενε, καὶ πραθὲν ἐν τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχε; *Act.* v. 4;—Ἀπόδοτε οὖν πᾶσι τὰς ὀφειλάς· τῷ τὸν φόρον, τὸν φόρον· τῷ τὸ τέλος, τὸ τέλος· τῷ τὸν φόβον, τὸν φόβον· τῷ τὴν τιμὴν, τὴν τιμήν. Μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, εἰ μὴ τὸ ἀγαπᾷν ἀλλήλους· ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον, νόμον πεπλήρωκε. *Rom.* xiii. 7, 8.—Τοῖς δὲ τοιούτοις παραγγέλλομεν, καὶ παρακαλοῦμεν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα μετὰ ἡσυχίας ἐργαζόμενοι, τὸν ἑαυτῶν ἄρτον ἐσθίωσιν. 2 *Thess.* iii. 12.

Eleemosynas benigne distribuere.] Τοῦτο δὲ, ὁ σπείρων φειδομένως, φειδομένως καὶ θερίσει· καὶ ὁ σπείρων ἐπ' εὐλογίαις, ἐπ' εὐλογίαις καὶ θερίσει. Ἕκαστος καθὼς προαιρεῖται τῇ καρδίᾳ· μὴ ἐκ λύπης, ἢ ἐξ ἀνάγκης· ἱλαρὸν γὰρ δότην ἀγαπᾷ ὁ Θεός. 2 *Cor.* ix. 6, 7.—Ἀγαθοεργεῖν, πλουτεῖν ἐν ἔργοις καλοῖς, εὐμεταδότους εἶναι, κοινωνικούς. 1 *Tim.* vi. 18.

Ipsa communicandi et pauperes sublevandi præcepta testantur suum esse cuique proprium. Nam qui communicat de proprio communicat, et, si omnia essent communia, nemo esset pauper, nemo dives.

Homily of Almsdeeds.

Quidam Anabapt. Germani præsertim, Auctore *Thoma Muncero*, v. *Sleidani* Comment. l. 5. et 10.

Clemens Alexandrinus.—*Πόσῳ χρησιμώτερον τὸ ἐναντίον, ἱκανὰ κεκτημένον αὐτόν τε περὶ τὴν κτῆσιν μὴ κακοπαθεῖν, καὶ οἷς καθῆκεν ἐπικουρεῖν; τίς γὰρ ἂν κοινωνία καταλίποιτο παρὰ ἀνθρώποις, εἰ μηδεὶς ἔχοι μηδέν; πῶς ἂν τοῦτο τὸ δόγμα πολλοῖς ἄλλοις καὶ καλοῖς τοῦ κυρίου δόγμασιν οὐχὶ φανερῶς ἐναντιούμενον εὑρίσκοιτο καὶ μαχόμενον; ποιήσατε ἑαυτοῖς φίλους ἐκ τοῦ μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας, ἵνα ὅταν ἐκλίπητε, δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς. πῶς ἄν τις πεινῶντα τρέφοι, καὶ διψῶντα ποτίζοι, καὶ γυμνὸν σκεπάζοι, καὶ ἄστεγον συνάγοι, ἃ τοῖς μὴ ποιήσασιν ἀπειλεῖ πῦρ καὶ σκότος τὸ ἐξώτερον, εἰ πάντων αὐτὸς ἕκαστος φθάνοι τούτων ὑστερῶν;* *Quis Dives salv.* c. 13.

Quanto satius oppositum, ut per opes mediocres et ipse mala non toleret, et quibus oportet suppeditet? Quæ enim apud homines reliqua communicatio sit, si nemo quicquam habeat? Quomodo vero dogma hoc non aperte pugnat cum multis aliis et præclaris Domini? Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Quomodo esurientem quis alat, sitienti potum det, nudum tegat, peregrinum colligat, quæ non facientibus ignem comminatur et tenebras exteriores, si quisque ipse prior horum omnium egenus extiterit?

Articulus XXXIX.

De Jurejurando.

Quemadmodum juramentum vanum et temerarium a Domino nostro Jesu Christo, et Apostolo ejus Jacobo, Christianis hominibus interdictum esse fatemur: ita Christianorum Religionem minime prohibere censemus, quin, jubente magistratu, in causa fidei et charitatis jurare liceat, modo id fiat juxta Prophetæ doctrinam, in justitia, in judicio, et veritate.

Juramentum vanum interdictum.] Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ὀμόσαι ὅλως· μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ. κ. τ. λ. *Matt.* v. 34, 35.—Πρὸ πάντων δὲ, ἀδελφοί μου μὴ ὀμνύετε μήτε τὸν οὐρανὸν, μήτε τὴν γῆν, μήτε ἄλλον τινὰ ὅρκον· ἤτω δὲ ὑμῶν τὸ ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ οὒ, οὔ. ἵνα μὴ ὑπὸ κρίσιν πέσητε. *Jac.* v. 12.

Jubente Magistratu jurare liceat.] Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐσιώπα· Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἀρχιερεὺς εἶπεν αὐτῷ· Ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἵνα ἡμῖν εἴπῃς εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Σὺ εἶπας· πλὴν λέγω ὑμῖν, ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ. *Matt.* xxvi. 63, 64.—Ἄνθρωποι μὲν γὰρ κατὰ τοῦ μείζονος ὀμνύουσι, καὶ πάσης αὐτοῖς ἀντιλογίας πέρας εἰς βεβαίωσιν ὁ ὅρκος. *Heb.* vi. 16.

Juxta Prophetæ doctrinam.] Καὶ ὀμόσῃ, Ζῇ κύριος, μετὰ ἀληθείας, ἐν κρίσει καὶ ἐν δικαιοσύνῃ. *Jer.* iv. 2.

Juramenta vana tantum et temeraria illicita esse hinc constat; quia Christus ipse pro tribunali jurejurando adactus jurare non recusavit.

Hammond's Pract. Cat. 1. 2. §. 8. *Nowelli* Cat. Homily against Swearing, part 1. *Sanderson* de oblig. Juram. Prælect. 1.

Clemens Alexandrinus.—Εὔορκος μὲν, οὐ μὴν εὐεπίφορος ἐπὶ τὸ ὀμνύναι ὁ γνωστικὸς [ἤγουν Χριστιανὸς] ὅγε σπανίως ἐπὶ τὸ ὀμνύναι ἀφικνούμενος. *Strom. l.* 7.

Juramentum quidem religiose colit, at non proclivis ad Jurandum est Gnosticus, [i. e. Christianus,] utpote qui raro ad jurandum inducitur.

Tertullianus.—Sed et jurat Deus. Igitur pejerantem deprehendis, an vane dejerantem? *adv. Marcion, l.* 2. *c.* 26. *Hoc igitur judice non peccat nisi pejerans vel vane jurans. His etiam assentitur* Augustinus, *cujus suffragio, utpote optimi consilii pleno, Collectioni huic finem imponam.*

Jurationem cave quantum potes. Melius quippe nec verum juratur, quam jurandi consuetudine, et in perjurium sæpe caditur, et semper perjurio propinquatur. Sed illi, quantum aliquos eorum audivi, quid sit jurare prorsus ignorant: putant enim se non jurare, quando in ore habet, *Scit Deus:* et *Testis est Deus:* et *Testem Deum invoco super animam meam;* quia non dicitur *Per Deum;* et quia talia reperiuntur in Apostolo *Paulo.* Sed etiam illa ibi contra eos inventa est, quam confitentur esse jurationem, ubi ait Apostolus: *Quotidie morior, per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Jesu Domino nostro.* In Græcis enim codicibus reperitur omnino esse hanc jurationem, ne quis in Latina lingua hoc sit intelligat dictum *per vestram gloriam,* quomodo dictum est, *per meum adventum iterum ad vos,* et multa similia, ubi dicitur per aliquod, et non est juratio. Sed non ideo quia in suis literis juravit Apostolus, vir infirmitate [alias, in veritate] firmissimus; ludus nobis debet esse juratio. Multo enim tutius, ut dixi, quantum ad nos attinet, nunquam juramus, ut sit in ore nostro, *est, est; non, non;* sicut Dominus monet. Non quia peccatum est verum jurare; sed quia gravissimum peccatum est falsum jurare, quo citius cadit qui consuevit jurare. Ad *Hilarium Epist.* 89.

Confirmatio Articulorum.

Hic liber antedictorum Articulorum jam denuo approbatus est, per assensum et consensum Serenissimæ Reginæ Elizabethæ Dominæ nostræ, Dei gratia Angliæ, Franciæ, et Hiberniæ Reginæ, Defensoris Fidei, &c. retinendus et per totum Regnum Angliæ exequendus. Qui Articuli et lecti sunt et denuo confirmati, subscriptione D. Archiepiscopi et Episcoporum superioris domus, et totius Cleri inferioris domus in Convocatione, Anno Domini 1571.

APPENDIX.

CATECHISMUS

CHRISTIANÆ DISCIPLINÆ

ADJICIUNTUR

ARTICULI A. D. 1552. APPROBATI

UNA CUM

ARTICULIS CONFIRMATIS

A. D. 1571.

EDVARDVS VI.

DEI GRATIA

ANGLIÆ, FRANCIÆ, ET HIBERNIÆ, REX,

FIDEI DEFENSOR,

ET IN TERRIS ECCLESIÆ ANGLICANÆ ET HIBERNICÆ

SUPREMUM CAPUT,

OMNIBUS LUDIMAGISTRIS

ET IIS QUI SCHOLAS GRAMMATICAS

APERIUNT.



Cum brevis et explicata Catechismi ratio a pio quodam et erudito viro conscripta, nobis ad cognoscendum offerretur, ejus pertractationem et diligentem inquisitionem quibusdam Episcopis et aliis eruditis commisimus, quorum judicium magnam apud nos auctoritatem habet. Et quia conveniens cum scripturis et Regni nostri institutis visa est, PLACUIT, non solum eam propter convenientiam in aspectum lucemque proferre, sed etiam propter perspicuitatem et brevitatem, omnibus ludorum magistris ad docendum proponere, ut rudis adhuc et inchoata ætas, religionis simul et literarum jactis fundamentis, cum sapientia pieta-

tem discat, et regulam habeat in reliquo vitæ cursu, quid sentiendum de Deo sit, ad quem omnis vita nostra confertur, et quomodo accepti Deo simus, in quo omnibus actionibus et vitæ officiis elaborandum est.

Præcipimus itaque et mandamus non modo universis, sed etiam singulis, pro cautione qua auctoritatem nostram sanctam habere, et justam violatæ dignitatis animadversionem devitare studetis, ut sedulo ac diligenter hunc Catechismum in scholis vestris doceatis, ut tenera adhuc et fluens ætas, et præceptorum auctoritate, et veræ religionis documentis firmata, magnas oportunitates ad veram Dei venerationem habeat, et magna subsidia etiam ad omnia vitæ officia sequenda. Quibus instructi, pietatem in Deum auctorem omnium, observantiam erga Regem pastorem populi, studium in Rempublicam communem omnium matrem, melius usurpantes, non sibi solum nasci videantur, sed Deo, Regi, patriæ utiles et officiosi sint. Dat. Grenwici, 20 Maii, Anno regni nostri 7.

Catechismus

CHRISTIANÆ DISCIPLINÆ.

Officium singulorum est quos Christus morte sua redemerat, non modo ut servi sint ad obedientiam sed etiam filii ad hæreditatem, ita scire quæ sit vera et complacita Deo vitæ via, ut ad singula religionis interrogata respondere possint, et fidei ac professionis suæ rationem reddere.

Atque hæc apertissima docendi ratio est, quam non modo Socrates in philosophia, sed etiam Apollinarius in nostra religione secutus est; ut et ignorantes interrogationibus quasi punctis erudiantur, et scientes, ne amittant quæ didicerunt, commonefiant. Nos igitur utilitatis ratione habita, quam in adolescentibus instruendis sequi debemus, et brevitatis etiam, ut nihil neque redundans neque defectum esset universæ scholæ nostræ, summam in dialogum conjecimus, ut tota res magis perspicua esset, et minus digressionibus evagaremur. Itaque ad hunc modum Magister Auditorem suum aggreditur

M. A.

Quandoquidem officii mei magnam partem esse video, Carissime fili, non tam ut bonis literis institutus sis, curare, quam etiam atque etiam de genere religionis quodcunque in tenera ista ætate colas, sedulo et diligenter perquirere; consentaneum putavi, quæstiunculis quibusdam tecum agere, ut certo sciam, num recte an secus in ea re operam posueris. Age igitur, dic mihi (mi fili) quænam ea sit religio quam profiteris?

A. Eam, præceptor venerande, religionem profiteor, quæ est Christi Domini, quæque Actorum undecimo, Christiana nominata est.

M. Agnoscis igitur te Christianæ pietatis et religionis cultorem, ac Christi Domini nostri discipulum?

A. Id equidem agnosco, atque ingenue et libere profiteor, quin et universæ gloriæ meæ summam in hoc pono, tanquam in re quæ et honoratior sit, quam ut ad eam ingenii mei tenuitas aspirare, et divinior etiam, quam ut orationis ulla facultate a me facile exprimi queat.

M. Dic proinde mihi, carissime fili, quam accurate poteris, religionis Christianæ summam quibusnam in rebus positam esse arbitraris?

A. In duabus: nempe vera in Deum fide, ac certa persuasione concepta de rebus illis omnibus quæ sacris literis continentur: et caritate quæ cum in Deum tum in proximum nostrum tendit.

M. Fides illa quæ ex verbi auditu et lectione concepta est, quid docet te de Deo?

A. Illud imprimis docet, in mundo esse certam naturam, unam substantiam, unum animum, et mentem divinam, aut potius spiritum æternum, absque principio et fine, quem vocamus Deum, quem oportet universos mundi populos colere summo honore, ac præcipuo genere adorationis. Ex divinis etiam illis oraculis quæ per prophetas et amicos Dei Opt. Max. in sanctis libris ad sempiternam nominis ejus gloriam divulgantur, legem disco et comminationes: deinde promissiones et evangelium Dei. Hæc per Mosen ac alios viros Dei conscripta, ad nostram usque ætatem integra conservata sunt et illæsa. Deinde præcipua capita nostræ fidei redacta fuerunt in brevissimum compendium, quod vulgo Symbolum Apostolicum appellatur.

M. Fidei compendium, cur Symbolum nominarunt?

A. Symbolum si interpreteris, est signum, nota, tessera, aut indicium, quo commilitones ab hostibus dignoscuntur: unde Compendium fidei, quo christiani a non christianis distinguuntur, recte symboli nomen sortitum est.

M. De lege primum quid sentias, aliqua dicas. Deinde etiam de Symbolo.

A. Faciam quod jubes, præceptor venerande, idque libentissime. Dominus Deus per Mosen nobis præcepit; ne ullum prorsus præter illum, hoc est, ut illum solum habeamus Deum unicum creatorem et liberatorem nostrum: Ne veneremur aut colamus simulacrum aliquod, aut imaginem quancunque, sive depicta ea sit, sive cælata aut

sculpta, sive ratione quavis alia formata.—Ne sumamus nomen Domini Dei nostri in vanum, in re scilicet aut levi aut falsa.—Postremo, fixum illud et religiosum perpetuo tenere debemus, ut Sabbathi diem, quæ ad quietem et cultum divinum segregatur, sancte et religiose colemus.

M. Recte. Recitatæ enim jam sunt a te mihi leges primæ tabulæ, qua cognitio Dei et cultus ejus summatim comprehenditur. Jam dic mihi quæ sint caritatis et dilectionis nostræ officia erga homines?

A. Interrogas, mi præceptor, quid de altera parte legis Dei sentiam, quæ vulgo Secunda Tabula vocatur?

M. Hoc ipsum plane est, mi fili, de quo audire cupio.

A. Paucis rem omnem pro ingenii mei tenuitate expediam. Moses eam brevi epitome conclusit, nimirum—ut omni studio patrem et matrem honoremus atque observemus,—Ne ullum hominem occidamus,—Ne adulterium committamus,—Ne furtum ullum faciamus,—Ne falsi testes simus contra quemvis.—Postremo, ne rem ullam desideremus proximi.

M. Præceptum illud de patris et matris honore, quomodo intelligendum est?

A. Honor parentum, amorem, timorem, et reverentiam complectitur. Nec non versatur in obediendo, subveniendo, defendendo, ac etiam in fovendo, si necessitas incumbat. Nos quoque astringit ut Magistratui summopere obtemperemus,

et maxima cum pietate: tum ministros Ecclesiæ, tum præceptores, et omnes majores observemus.

M. Quid autem continetur in præcepto illo, Ne occidas?

A. Ne odio prosequamur, ne injuria afficiamus quemque, opprobriave jaciamus. Ac præterea jubet ut etiam inimicos amemus, atque illis benefaciamus qui nos odio prosequuntur, utque hostibus nostris prospera quæque atque felicia precemur.

M. Præceptum autem de non committendo adulterio, quid tandem continere tibi videtur?

A. Hoc quidem præceptum multa continet: prohibet enim non solum ne alloquamur impudice alienam uxorem, aut mulierem quamcunque, neve petulanter contrectemus verum etiam respiciamus quidem, seu libidinoso aspectu intueamur, nec quocunque modo inhonesto ambiamus eam ipsi nos, nec nomine nostro alii: et denique omne genus obscenæ vagæque libidinis interdicitur.

M. Quid autem tibi videtur de præcepto non furandi?

A. Pari compendio dicam, si libet audire, quo antea usus sum. Præcipit autem ne cuipiam imponamus: ne commercia exerceamus illicita, ne suas opes cuiquam invideamus, neve rem quancunque putemus utilem, quæ aut justa non sit, aut ab æquo et bono aliena. Breviter, potius quod tuum est ut perdas, quem ut rapias aliena, et in tuum vertas commodum.

M. Quomodo illud observetur de falso testimonio non dicendo?

A. Si mendacia aut falsa aut vana, nec loquamur ipsi, nec in aliis vel loquendo vel tacendo, vel etiam præsentia nostra approbemus; sed semper veritatem tueri debemus, quotiescunque aut locus aut tempus id postulat.

M. Ultimum jam præceptum relinquitur, de rem proximi non concupiscendo, quodnam tandem illud est?

A. Hæc Lex in universum omnis generis malas cupiditates prohibet, ac voluntatis nostræ appetitionem omnem insatiabilem, quæ infra rectæ rationis limites se non continet, refrenare atque moderari nos jubet: vultque ut quisque sit sua sorte contentus. Quisquis autem plus justo appetit cum detrimento proximi et alterius injuria, is caritatis atque humanæ societatis vinculum rumpit et plane dissolvit, ac nisi resipiscat, acriter de eo sumet supplicium Dominus Deus, legis suæ violatæ vindex severissimus. Qui autem ex harum legum præscripto vixerit, et laudem et felicitatem, ac ipsum etiam Deum propitium et benignum inveniet.

M. Jam video te decalogum breviter explicuisse: deinceps vero dicito mihi, quomodo Christus hæc omnia jam per partes a te explicata paucis est complexus? universam vim legis in summa nobis proponens?

A. Vis ut omnia simul compendio connectam, quæ tum ad Deum tum ad homines pertinent?

M. Maxime.

A. Christus in hunc loquitur modum: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota

anima tua, et ex tota mente tua, et ex totis viribus tuis; et hoc maximum est præceptum in lege. Alterum autem est huic simile: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Ex duobus hisce mandatis, pendent tota Lex et Prophetæ.

M. Jam porro volo ut mihi dicas quænam res sit lex illa quam narras: illane quam nos vocamus Legem naturæ? an etiam præter eam altera?

A. Id olim me abs te didicisse memini, præceptor, nempe naturæ humanæ a Deo insitam eam fuisse, cum integra adhuc esset et incorrupta; post peccatum vero, tametsi sapientes utcunque eam naturæ lucem non ignorarint, attamen hominum partem maximam ita jam latebat, ut vix ejus umbram sentirent.

M. Unde fit ut Deus eam velit in tabulis describi, utque uni peculiariter populo assignaretur?

A. Dicam. Imago Dei in homine per peccatum originis et consuetudinem malam adeo in initio obscurata est, et judicium naturale adeo vitiatum, ut homo ipse non satis intelligat honestum turpi quid intersit, nec justum injusto. Eam itaque imaginem volens benignus Deus in nobis renovare per legem in tabulis descriptam, effecit primum ut nos ipsos agnosceremus, et in ea perinde atque in speculo contueremur sordes et maculas nostri animi, et præfractam cordis vitiati duritiem; ut vel sic tandem peccato agnito, et perspecta nostræ carnis infirmitate, atque ira sævientis in nos Dei ob peccatum, ardentius desideraremus servatorem nostrum Christum Jesum, qui morte sua et preciosa sanguinis sui aspersione purgavit, et abluit peccata

nostra; placavit iram omnipotentis patris; atque sacrosancto sui spiritus afflatu, animos in nobis creat novos, mentesque renovat ad imaginem et similitudinem sui creatoris, in justitia et sanctitate veritatis, quam rem nec justitia legis, nec ulla sacrificia Mosaica poterant efficere. Quod autem nullus ex lege justificetur, patet non inde solum, quoniam justus ex fide vivit, — sed hinc etiam, quod nullus vivit mortalium qui potest ea omnia præstare quæ decalogus jubet. Impedimenta enim quæ legi adversantur, sunt infirmitas carnis, appetitus pravus, et concupiscentia ingenita. Quod autem ad sacrificia attinet, quod ad purgationes, ad ablutiones, et reliquas cæremonias legis, umbræ erant, typi, imagines et figuræ veri et æterni sacrificii Jesu Christi in cruce facti; cujus solius beneficio omnia omnium credentium peccata, ab ipso usque mundi exordio, ex sola misericordia Dei, non autem ex ullis meritis nostris, condonata sunt.

M. Adhuc non audio unde factum sit, ut uni duntaxat populo (nimirum Israelitico) velit Deus optimus maximus arcanam animi sui voluntatem significare.

A. Illud propemodum mihi exciderat: puto autem non proinde factum esse, quasi decalogus non ad omnes homines pertinuerit, cum Dominus Deus noster non solum sit Deus Judæorum, sed etiam et Gentium; at potius dicendum est, ut agnosceretur verus Messias qui est Christus noster cum veniret in mundum; quem ex gente ista et non ex altera, ob promissionis veritatem,

oportuit nasci. Ob quam causam voluit Deus populum aliquem certum, sanctum, et separatum, tanquam sibi peculiarem et proprium describere, ut nimirum sancta, pura et illæsa, sua oracula et verba perpetuo conservarentur.

M. Abunde hactenus mihi satisfactum est, care fili; jam ad Christianam confessionem veniamus, quam mihi volo ut clare recenseas.

A. Faciam.

Symbolum Fidei.

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem cœli et terræ. Et in Jesum Christum, filium ejus unicum, Dominum nostrum: Qui conceptus est de Spiritu Sancto: natus ex Maria virgine: passus sub Pontio Pilato: crucifixus, mortuus et sepultus: descendit ad inferna, tertia die resurrexit a mortuis: ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis: inde venturus est judicare vivos et mortuos.

Credo in spiritum sanctum: Sanctam Ecclesiam Catholicam: Sanctorum communionem: Remissionem peccatorum: Carnis resurrectionem: Et vitam æternam.

M. Ista a te generaliter et strictim proposita sunt, mi fili, quocirca operæ pretium est, ut quæ dicta sunt per partes, amplifices, quo de singulis quid credas, clare intelligam: ac primo loco de cognitione Dei, post autem de ejus cultu audire cupio.

A. Sequar libens voluntatem tuam, carissime præceptor, quoad ingenii mei tenuitas patiatur: sic itaque rem omnem accipe. Ante omnia firmiter

credendum tenendumque est, Deum patrem Opt. Max. initio et ex nihilo creasse et fabricasse universam hanc mundi machinam, et res in ea omnes quæcunque continentur; eaque omnia facta esse per potentiam verbi sui, id est, Jesu Christi filii Dei, quod scripturarum testimonio satis est comprobatum: ubi autem creaturas omnes sic fabricasset, eas deinceps rexisse, gubernasse, conservasse, atque ex bonitate et munifica manu sua quæcunque ad vitam nostram tuendam conservandamque necessaria requiruntur, exhibuisse atque etiamnum exhibere largissime, ut nimirum perinde illis uteremur ut memores et pios filios decet.

M. Cur autem Deum vocas patrem?

A. Ejus rei duæ sunt causæ: Una, quod nos omnes initio creavit, quodque vitam omnibus est largitus: Altera vero majoris est momenti; quod videlicet per spiritum suum sanctum et per fidem spiritualiter secundo genuerit, adoptando nos in filios, donando itidem regno suo, et vitæ æternæ hereditate cum Jesu Christo filio suo, et vero et naturali.

M. Cum igitur res alias omnes Deus homini ut inservirent condiderit, hominem autem ad obsequium, honorem et gloriam ipsius propriam, quid habes quod dicas de prima ejus origine et creatione?

A. Id quod scripsit Moses; Deum scilicet ex argilla primum hominem finxisse, illique animam ac vitam indidisse, atque deinde sopore in Adam immisso, detractam ex eo mulierem, in lucem produxisse, ut eam et vitæ et fortunarum omnium illi

sociam adjungeret. Ac propterea homo Adam vocatus est, quia ex terra traxit originem: mulier autem, quia omnium viventium mater erat futura, appellabatur Eva.

M. Imago autem illa ad cujus similitudinem hominem ais formatum, Quænam est?

A. Ea est absolutissima justitia et perfectissima sanctimonia, quæ ad ipsam Dei naturam quam maxime pertinet, et in Christo novo nostro Adamo præclarissime est demonstrata; cujus in nobis quædam quasi scintillæ adhuc vix relucent.

M. Itane? Vix relucent?

A. Recte quidem, nam non jam sic splendent ut in initio ante hominis lapsum: quandoquidem homo ob peccatorum tenebras et caliginem errorum imaginis hujus splendorem restinxit. Sic iratus peccati reum ultus est Deus.

M. At cur id factum sit dicas, volo.

A. Dicam. Cum mundi hujus fabricam creasset Dominus Deus, hortum idem ipse plantavit oblectationis et jucunditatis plenissimum, in loco quodam versus orientem sito, eumque nominavit Eden; in quo præter arbores alias longe pulcherrimas, una fuit imprimis non ita procul ab horti illius medio, cujus nomen Arbor vitæ, et altera Arbor cognitionis boni et mali. Hic Dominus Deus singulari amore ductus posuit hominem, hortumque illi tradidit curandum et colendum; liberum ei faciens, ut de fructu omnium arborum Paradisi manducaret, excepto eo quem Arbor scientiæ boni et mali produxisset: hujus arboris fructum si quando degustaret, citra omnem controversiam mortis

subiret supplicium. Eva autem a diabolo, serpentis imitante formam, elusa, fructum alioqui vetitum, ob aspectus jucunditatem desiderandum, ob manducandi voluptatem appetendum, et ob boni et mali scientiam vehementer jucundum, decerpsit, edit, ac dedit marito, ut ipse eundem ederet; quo factum est, ut statim uterque mortui sint, hoc est, non tantum morti corporis obnoxii fuerunt, verum animi quoque vitam amiserunt, quæ est justitia, et protinus divina in illis imago offuscata est, ac lineamenta illa justitiæ, sanctitatis, veritatis et cognitionis Dei, longe pulcherrima, confusa sunt et pene deleta: reliqua vero fuit imago terrena, cum injustitia conjuncta, fraude, affectione carnali, et de rebus divinis ac cœlestibus ignoratio summa; inde autem nata est carnis nostræ infirmitas, inde ista corruptio et confusio affectionum et cupiditatum omnium: hinc illa pestis, hinc illud seminarium et nutrimentum peccatorum omnium, quo genus humanum inficitur, et Peccatum originis appellatur. Porro sic natura corrupta est et dejecta, ut nisi bonitas et misericordia omnipotentis Dei nobis tulisset opem per medicinam gratiæ, quemadmodum corpore in universas mortis miserias detrudimur, sic necessarium fuisset, ut omnes omnium generum homines in æterna supplicia, et ignem qui extingui non potest, conjicerentur.

M. O hominum ingratudinem! at qua tandem spe primi nostri parentes freti, et deinceps reliqui levati sunt?

A. Jam Dominus Deus et Adamum et Evam cum verbis tum factis castigasset (de horto enim

deturbavit utrosque cum opprobrio gravissimo) maledixit serpenti, minatus illi tempus olim fore, quo mulieris semen caput illi imminueret: postea vero Dominus Deus promissionem hanc magnificam et benignissimam confirmavit. Primum, fœdere per circumcisionem cum Abrahamo inito, et in Isaac ejus filio: deinde etiam per Mosen: postremo autem per clarissimorum prophetarum oracula.

M. Quid autem sibi vult serpentis caput, ac semen illud de quo loquitur Deus?

A. In serpentis capite venenum ejus continetur, ac vitæ et virtutis summa; quo fit ut mihi caput serpentis universam potentiam et regnum, aut (ut verius loquar) tyrannidem Diaboli serpentis antiqui referat: semen vero illud est (uti clarissime nos docet Paulus) JESUS CHRISTUS filius Dei, verus Deus, et verus homo, conceptus de Spiritu Sancto et generatus ex beatæ, puræ, inviolatæque Mariæ virginis utero et substantia, ac de ea sic natus et enutritus est ut reliqui infantes, nisi quod ab omnis peccati contagione esset alienissimus.

M. Fundamenta quæ a te jacta sunt omnino verissima sunt: jam autem ad eas actiones progrediamur, in quibus et salus et victoria nostra contra serpentem illum antiquum sita est.

A. Faciam, carissime præceptor. Postquam CHRISTUS JESUS Apostolis suis doctrinam hanc lætissimam, et modis omnibus divinam, quæ Græco vocabulo εὐαγγέλιον nominatur, demandasset, ac postquam signis et miraculis innumeris, quibus tota ejus vita fuit refertissima, idem obsignasset,

verberibus tandem acriter cæsus, et vultu et verbis et sputo in faciem immisso illusus, tandem manibus ac pedibus, clavorum impulsu, perforatis, in crucem actus est. Deinde vere mortuus est, et vere sepultus, ut iratum humano generi patrem suavissimo sacrificio placaret, atque morte sua eum sibi subjiceret, qui mortis tenebat imperium, hoc est diabolum : quandoquidem non vivi solum sed mortui etiam, sive in inferno fuerint sive in alio quocumque loco, mortis illius potentiam et vim senserunt. Quibus in carcere existentibus (ut inquit Petrus) CHRISTUS licet corpore mortificatus, spiritu tamen vivificatus, prædicavit. Tertio die post resurrexit etiam corpore vivus, et multis testimoniis præclarissimis, quadraginta dierum spatio inter discipulos versatus est, edens ac bibens cum illis : in quorum conspectu nube obductus, in cœlum ferebatur, aut potius supra omnes cœlos, ubi sedet hodie ad Patris dextram, factus Dominus omnium, sive quæ in cœlo sunt, sive quæ in terra : Rex regum omnium, Pontifex noster et æternus et unicus, unicus advocatus, unicus mediator, et unicus reconciliator Dei et hominum. Quoniam autem intravit in gloriam Majestatis suæ, demisso ad nos (uti promisit) sancto suo spiritu, cæcitatis nostræ tenebras illustrat, mentes nostras movet, regit, docet, purgat, solatur ac juvat, sic usque facturus quoad mundi fabrica dissolvetur.

M. Video te præcipua religionis nostræ capita breviter attigisse, ac veluti in compendiolo explicasse Symbolum modo a te recitatum. Jam igitur volo de certis capitibus quædam a te percontari.

A. Fac quod libet, mi præceptor, nam in his quæ minus intelligam, tu me poteris accuratius instituere: quæ autem exciderunt, in memoriam revocare, aut etiam quæ parum fideliter inhæserint, altius imprimere.

M. Dic porro mihi, si per mortem suam veniam consequimur peccatorum, an non ea satis erat, nisi etiam a mortuis resurgeret?

A. Non erat satis, si vel ejus vel nostri rationem habeas. Nisi enim resurrexisset, minime putaretur filius Dei: quo factum est, ut illud sibi dum in cruce penderet, ab his qui viderant, exprobraretur. Dicebant enim, Alios servavit, seipsum non potest servare: Descendat nunc de cruce, et credemus ei. Jam autem resurgens a mortuis ad vitæ perennitatem, divinitatis suæ potentiam monstravit majorem, quam si descendendo de cruce mortis terrores refugisset. Mori quidem omnibus est commune, at mortis vincula solvere et virtute propria resurgere, id unigeniti Jesu Christi filii Dei, auctoris vitæ, unici proprium est. Deinde etiam necessarium fuit ut resurgeret cum gloria, ut Davidis et aliorum prophetarum Dei implerentur oracula: qui prædixerunt fore, ut nec corpus ejus videret corruptionem, nec anima apud inferos relinqueretur. Quod autem ad nos attinet, nec fuissemus justificati, nec resurrectionis nobis spes aliqua fuisset reliqua, nisi resurrexisset: ut multis in locis Paulus clarissime demonstrat. Si enim remansisset in claustris mortis, in sepultura et corruptione ut reliqui homines conclusus, quomodo sperassemus salutem per illum, qui seipsum

non servaverit? Fuit igitur consentaneum et ad eam personam quam sustinebat necessarium, et ad summum salutis nostræ adjumentum, ut primum CHRISTUS seipsum a morte liberaret, post autem ut nos nostræ salutis per resurrectionem ejus faceret certiores.

M. Attigisti jam, mi fili, principem causam resurrectionis Christi, nunc de ascensione ejus in cœlos quid cènseas libet audire. Quomodo illis respondendum putas, qui dicunt satius fuisse hic in terris maneret nobiscum, ut scilicet gubernaret ac regeret nos præsens, siquidem præter alias causas credibile est amorem populi erga suum principem, bonum præsertim et benignum, per præsentiam suam fieri auctiorem?

A. Res quas faceret præsens, id est, si coram nobiscum versaretur, eas omnes absens facit; regit, tuetur, corroborat, defendit, corripit, punit, corrigit, et reliqua omnia facit quæ talem decent principem, aut etiam Deum ipsum: omnia inquam, sive quæ ad necessitatem, sive quæ ad utilitatem, sive quæ ad honorem et commodum nostrum spectent. Ad hæc autem Christus non sic, ut multi arbitrantur, huic mundo absens est: Nam tametsi corporea illius moles hinc a nobis sublata sit, est tamen divinitas ejus nobiscum perpetuo præsens, etiamsi oculorum istorum aspectui non sit subjecta. Res quæ incorporeæ sunt, corporis organo non possunt apprehendi. Quis unquam suam ipsius animam viderit? nullus: At quid nobis præsentius? quid cuique propinquius anima sua? Quæ spiritualia sunt, non videntur nisi oculo spiritus.

Christi igitur divinitatem qui in terris videre vult, aperiat oculos, non corporis sed animi, sed fidei, et videbit præsentem, quem oculus non vidit. Videbit præsentem et in medio eorum, ubicunque sint duo vel tres congregati in nomine ejus: videbit præsentem nobiscum usque ad consummationem sæculi. Quid dixi? Christum videbit præsentem? Imo et videbit et sentiet in seipso inhabitantem haud aliter ac animum suum proprium: habitat enim ac residet in animo ac corde ejus, qui suam omnem collocat in eo fiduciam.

M. Optime. At nostra confessio est in cœlos eum conscendisse, illud igitur dic quomodo intelligendum sit.

A. Vulgo de eo dici solet, qui celsum aliquem gradum aut dignitatem obtinuerit, quod ascendit et promovetur in altum locum, altam sedem aut gradum, quia mutavit conditionem, quodque jam reliquis sit honoratior. Sic porro Christus ascendit, quemadmodum prius descendebat: descendebat autem a summa gloria ad summam ignominiam, nempe ignominiam servi et crucis: atque ita postea ascendebat a summa ignominia ad summam gloriam, ad eam nimirum quam habuit prius: et ascensus ejus in cœlum, imo supra omnes cœlos, ad thronum usque Dei. Ratione justissima constare debet, ut scilicet ad humilitatis et ignominiæ proportionem, gloria et majestas responderent: hoc scribens ad Philippenses, docet nos Paulus; Factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod et Deus illum in summam extulit sublimitatem, et dedit illi nomen

quod est supra omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu se flectat, cœlestium, terrestrium et infernorum. Tametsi autem cœlos jam conscenderit, divina tamen sua natura ac spiritu semper in Ecclesia præsens erit usque ad orbis dissolutionem. Inde tamen non efficitur, ut nobis corpore sit præsens, cum alia divinitatis ejus ratio sit, et humanitatis alia. Hæc enim est creata, illa increata: hæc in aliquo cœli loco, illa autem sic ubique est, ut cœlum et terram impleat. Id autem ut similitudine fiat illustrius, Nulla res Christum verius adumbrat sole: est enim imago lucis ac splendoris Christi propria. Sol cœlum semper occupat, eundem tamen dicimus mundo præsentem. Nam absque lumine nihil unquam cuiquam præsens est, id est, non videtur: implet enim sol lumine suo res omnes. Sic Christus supra omnes cœlos elevatur, ut sit præsens omnibus; utque, Paulo teste, impleret omnia. Quod autem ad corpoream Christi hic in terris præsentiam attinet (si magna parvis componere licet) sic Christi corpus præsens est nostræ fidei, ut sol cum cernatur præsens est oculo, cujus corpus tametsi corporaliter oculum non contingat, atque hic in terris præsens præsenti adsit, tamen corpus solis præsens est visui, etiam reluctante intervalli distantia. Sic Christi corpus, quod in gloriosa ejus ascensione nobis sublatum est, quodque reliquit mundum et ad Patrem abiit, ore nostro abest, etiam cum sacrosanctum corporis et sanguinis ejus sacramentum ore nostro excipimus, fides tamen nostra versatur in cœlis, ac intuetur solem illum justitiæ,

ac præsens præsenti in cœlis haud aliter illi adest, ac visus adest corpori solis in cœlis, aut sol in terris visui. Quemadmodum autem sol lumine suo adest rebus omnibus, sic etiam et Christus divinitate sua: non tamen potest lumen solis ab ejus corpore separari, neque porro divinitas Christi ab ejus immortali corpore. Sic ergo Christi corpus adserendum est in uno cœli loco, et divinitas ejus ubique, ut nec de ejus divinitate corpus faciamus, nec de illius corpore Deum.

M. Video, mi fili, te neutiquam ignarum, quomodo recte dicatur Christus corpore absens, et spiritu præsens: Porro hoc unum a te scire volo, cur ita Christus Dominus noster oculorum nostrorum aspectu subtrahitur, atque ex ascensione ejus in cœlum quid capimus commodi?

A. Illius rei præcipua causa fuit, ut ea a nobis falsa tolleretur opinio quæ aliquando Apostolos ipsos tenuit: quod scilicet Christus in terris nobis conspicuus regnaret haud aliter ac reliqui Reges ac Satrapæ mundi: hunc in nobis errorem voluit extinctum, ac de regno ejus magis sublimia cogitare: quæ res propterea sibi potior visa est, quia magis ad nostrum commodum et utilitatem spectabat, ut regnum aliquod erigeretur, cujus fundamenta in fide nostra jacerentur. Quapropter necessarium fuit, ut nobis ab omni sensu corporeo subtraheretur, ut ea ratione fides nostra et excitata, et exercitata sit, ad intuendum moderationem et providentiam ejus, qui corporeis non cernitur oculis. Cum autem sit rex non alicujus regionis unius, verum etiam et cœli et terræ, vivorum

pariter et mortuorum, consultissimum fuit, ut clam sensibus nostris regnum suum administraret: si enim oculorum sensibus subjiceretur, oportuit eum nunc in cœlum erigi, nunc in terram deprimi: nunc in hanc regionem, nunc in aliam migrare, atque ita ut princeps quispiam terrenus, huc atque illuc negotiorum varietate traheretur. Non enim poterat omnibus una adesse præsens, nisi corpus illius sic abiret in divinitatem, ut ubique aut in quamplurimis locis simul esset, quod Eutyches et consimiles ejus hæretici, senserunt. Si vero in eodem momento temporis ubique omnibus præsens adesset, jam non esset homo, sed spectrum, neque corpus habuisset verum, sed imaginarium: Ex qua re mille continuo nascerentur errores, quos omnes, corpore integro in cœlum evecto, sustulit. Regnum interim et Rempublicam suam, id est Ecclesiam, cum summa sapientia et virtute administrat, ipse inconspicuus. Hominum est humana quadam ratione respublicas suas moderari, Christi autem et Dei divina. Quicquid autem a me hactenus dictum est, mediocrem duntaxat particulam ejus utilitatis continet, quam a subvecto in cœlum Christi corpore capimus. Sunt enim plura quæ dici possunt, ex quibus fructus colligitur amplissimus. Ante omnia autem non potest taceri hoc, tanta et tam ampla esse beneficia, quæ nobis a morte, resurrectione, et ascensione Christi adferuntur, ut nulla lingua aut hominum, aut etiam angelorum queat exprimere. Atque meam ut in hac re scientiam experiaris, de præcipuis dicam ad quæ tanquam ad capita reliqua omnia referas.

Dico igitur cum ab his, tum etiam ab aliis Christi actionibus, duas ad nos commoditates provenire, unam quod quæcunque fecerit, ea omnia in nostram utilitatem et commodum fecerit; adeo ut perinde nostra sint, modo eisdem firma vivaque fide inhæserimus, ac si nos fecissemus ipsi. Ipse quidem cruci suffixus est, et nos cum ipso crucifixi sumus, et nostra in eo peccata sunt punita. Ipse mortuus est et sepultus, nos itidem una cum peccatis nostris mortui sumus et sepulti, idque ita ut omnis peccatorum nostrorum memoria penitus deleatur. Ipse resurrexit, et nos cum eo resurreximus, nimirum et resurrectionis et vitæ ejus sic facti participes, ut nobis deinceps mors amplius non dominetur: est enim idem in nobis spiritus qui suscitavit Jesum a mortuis. Postremo, uti ille conscendit cœlestem gloriam, et nos cum eo sublevati sumus. Ista quidem nondum apparent, tamen tum demum hæc omnia proferentur in lucem, cum Christus qui est lux mundi ostendet se in gloria sua, in quo felicitates nostræ omnes sunt reconditæ. Ad hæc autem ab ascensione ejus in cœlum, concessa nobis sunt sancti spiritus dona, uti Paulus testatur abunde, Eph. 4. Altera commoditas quam ex Christi actionibus percipimus est quod Christus nobis in exemplum proponitur, ad quod vitam nostram omnem formemus. Christus si mortuus sit, si sepultus pro peccato, id fecit semel: si resurrexerit, si in cœlum ascenderit, semel tantum resurrexit, semel tantum ascendit; jam non amplius moritur, sed vivit cum Deo, et regnat in summa gloriæ æternitate. Sic si simus nos mortui,

si sepulti peccato, quomodo posthac vivemus in eodem? Si resurrexerimus cum Christo, si per spem firmam in cœlo cum eo versemur, cœlestes res et divinæ, non terrenæ et caducæ nobis erunt curæ. Et quemadmodum terreni hominis hactenus gestavimus imaginem, cœlestis deinceps imaginem gestemus: utque nunquam destitit CHRISTUS Dominus nobis benefacere, et spiritum suum sanctum nobis largiendo, et Ecclesiam suam tot præclaris donis ornando, ac Patrem perpetuo precando pro nobis, par nos ratio excitare debet, ut proximum omni studio juvemus, et charitatis vinculum, quantum in nobis est, tueamur: utque Christum Dominum ac salvatorem honoremus: non equidem impiis traditionibus et frigidis hominum inventis, sed cultu cœlesti et revera spirituali, quem et nos qui demus, et illum qui accipiat, deceat maxime, haud aliter atque ille et honoravit et honorat patrem: qui enim honore illum afficit, honorat et patrem, cujus rei ille ipse testis est locupletissimus.

M. Finem mundi scriptura sacra consummationem et perfectionem regni ac mysterii Christi, et renovationem rerum omnium appellat. Sic loquitur Apostolus Petrus, 2 Pet. 3: Nos cœlos novos et terram novam expectamus juxta promissionem Dei, in quibus justitia inhabitat. Videtur autem rationi consentaneum, ut corruptio, mutabilitas, et peccatum (quibus subjicitur totus mundus) aliquando cessarent. Qua vero tandem via, aut quibus circumstantiarum rationibus ista fient, cupio abs te audire.

A. Dicam ut possum, eodem Apostolo teste, Cœli procellæ in morem transibunt; elementa æstuantia solventur; terraque et quæ in ea sunt opera exurentur: quasi diceret, Mundus (uti in auro fieri videmus) totus igne repurgabitur, atque ad ultimam suam perfectionem reducetur; quem minor ille mundus, nimirum homo, imitatus, a corruptione itidem et mutatione liberabitur. Itaque hominis causa, in cujus gratiam major hic mundus creabatur primum, renovatus tandem, faciem induet multo cum jucundiorem, tum pulchriorem.

M. Deinde autem quid superest?

A. Ultimum et generale judicium: veniet namque CHRISTUS; ad cujus vocem mortui omnes resurgent, et anima et corpore integri: atque in throno majestatis suæ residentem videbit totus mundus: post excussionem autem conscientiæ cujusque, extrema sententia pronunciabitur. Tunc temporis filii Dei perfecte possidebunt regnum illud immortalitatis et æternæ vitæ, quod illis præparatum fuit ante jacta fundamenta mundi; et regnabunt cum Christo in æternum. Impii vero qui non crediderunt, abjicientur in ignem æternum, destinatum diabolo et angelis ejus.

M. Abunde dictum est a te de resurrectione mortuorum. Jam de Ecclesia sancta superest ut dicas: de qua quid sentias nimis vellem audire.

A. Dicam ea paucis quæ scripturæ sacræ fuse explicant et copiose. Antequam cœlum et terram creasset Dominus Deus, Regnum quoddam sibi pulcherrimum, et Rempublicam sanctissimam habere decrevit. Eam Apostoli et Majores nostri qui græce

scripserunt ἐκκλησίαν appellaverunt; in hanc adscripsit infinitam hominum multitudinem, qui omnes regi uni, ut supremo et unico suo capiti, subderentur: hunc nos vocamus Christum, quod perinde est ac si unctum dixeris. Solebant enim pontifices et reges in populo Judaico, ex præcepto divino in sua inauguratione, oleo quodam materiali perfundi, qui Christum Dominum spiritu suo sancto inunctum figurabant. Ad hanc Rempublicam constituendam proprie pertinent, quotquot vere timent, honorant, et invocant Deum, prorsus applicantes animos ad sancte pieque vivendum; et quicunque omnem spem et fiduciam in eo collocantes, vitæ æternæ beatitudinem certissime expectant. Qui autem sunt in hac fide firmi, erant ante electi, prædestinati, et ad vitam æternam designati quam mundus esset conditus, atque hujus rei testem habent in corde intrinsecus spiritum Christi, illorum fidei auctorem, arram, et minime fallax pignus. Quæ fides, sola mysteriorum divinorum capax est, sola cordi pacem adfert, sola apprehendit justitiam quæ est in Christo Jesu.

M. Itane spiritus solus et fides, etiamsi dormiamus aut aliter supini et otiosi steterimus, omnia in nostram gratiam sic facient, ut sine ulla ope nostra in cœlum etiam otiosos deportabunt?

A. Soleo, mi Præceptor, (doctus id a te) inter causas et effectus discrimen ponere. Prima, præcipua et perfectissima causa nostræ justificationis et salutis est bonitas et amor Dei, quo ille nos in numerum suorum electos ante ascripsit quam mundum condiderat: post nobis datur, ut prædica-

tione Evangelii Jesu Christi vocemur; dehinc infunditur nobis spiritus domini, cujus ductu et auspiciis trahimur, ut firmam in Deo fiduciam collocemus, et promissionum ejus omnium eventum speremus. Ejusdem electionis comes est mortificatio veteris hominis, id est, appetitus et concupiscentiæ nostræ. Illius etiam est sanctificatio nostra, amor Dei et proximi, justitia et innocentia vitæ; atque ut summatim dicam, quicquid purum, sincerum, verum et bonum in nobis existit, aut a nobis fieri potest, id totum a radice ista suavissima, ab isto fonte largissimo, bonitate, amore, electione, et proposito dei sanctissimo nascitur. Ille est causa, reliqua sunt effectus. Sunt tamen bonitas Dei, et electio, et spiritus, et ipse Christus causæ inter se conjunctæ et colligatæ, quæ inter salutis nostræ principes causas possunt numerari. Quoties igitur dici solet, Sola nos fide justificari et servari; ita dictum est, quia fides, aut potius fiducia sola apprehendit, intelligit, et cognoscit nostram justificationem nobis a Deo gratis dari, hoc est nullis nostris meritis, sed ex gratuita gratia omnipotentis patris. Porro fides amorem gignit proximi, et actiones quæ Deo placent. Nam si viva et vera sit et spiritu sancto animata, mater est eorum omnium quæcunque bene aut dicuntur aut fiunt. Ex hoc brevi orationis compendio clarum est, unde justificatio nostra, et quibus modis paretur: non enim meritorum nostrorum dignitate vel hactenus electi, vel olim salvati erimus, sed per solam misericordiam Dei et Christi Domini meram gratiam, per quam ad bona opera quæ præparavit Deus, ut

in eis ambularemus, in ipso conditi sumus. Et licet opera bona nostram justificationem apud Deum mereri non possunt, sic tamen fidei adhærent, ut neque illa sine ipsis inveniri possit, neque bona opera extra fidem usquam reperiantur.

M. Brevis hæc tractatio de fide et operibus vehementer mihi placet, eadem enim clarissime docet Paulus. Potesne adhuc mihi describere Ecclesiam quam dicis Rempublicam aut communitatem Christianam ; et eam sic mihi ob oculos ponere, ut ab alia quavis hominum societate distincte et diserte discernatur?

A. Experiar quomodo quam optime id possim præstare. Tu vis mi præceptor, si recte intelligo, ut certam aliquam tibi, et quæ videri possit, definiam Ecclesiam.

M. Hoc ipsum volo, atque ut facias erit valde commodum.

A. Ea ecclesia non est aliud, quam certa quædam multitudo hominum, qui in quocunque loco sint puram et sinceram profitentur doctrinam Christi, idque ea forma, qua ab Evangelistis et Apostolis in testamento sancto Christi fideliter prodita est ; quique in omnibus gubernantur et reguntur legibus et statutis sui Regis et Pontificis Christi, in vinculo charitatis; et præterea utuntur ejus mysteriis, quæ communi vocabulo Sacramenta appellantur, eadem puritate et simplicitate (quod ad ipsorum naturam atque substantiam attinet) qua usi sunt, et nobis in scriptis reliquerunt Apostoli Christi. Sunt igitur hujus Ecclesiæ notæ, primum pura prædicatio Evangelii : deinde

dilectio fraterna, e qua, ut ex ejusdem corporis membris, mutua benevolentia nascitur: tertio, sincera et pura observatio sacramentorum Domini, juxta institutum Evangelii: postremo, correctio fraterna, et eorum excommunicatio qui vitam nolunt rectius instituere. Hanc notam sancti patres Disciplinam appellaverunt. Hæc illa est Ecclesia quæ est fundata in firma petra Jesu Christo, atque in ejus fiducia: hæc illa est ecclesia, quam Paulus vocat Columnam et Firmamentum veritatis: ad hanc claves pertinent quibus cœlum et clauditur et recluditur: id enim fit per ministerium verbi, id quod potestas ligandi, solvendique, retinendi ac remittendi peccata proprie spectat. Quo fit, ut quisquis Evangelio, in hac ecclesia prædicato, crediderit, salvabitur: qui vero non crediderit, condemnabitur.

M. Hic libet audire quid de spiritu sancto credas.

A. Illum tertiam personam sanctissimæ Trinitatis esse confiteor, et cum patri atque filio sit æqualis, ac ejusdem prorsus naturæ, una cum utroque adorandum.

M. Cur sanctus appellatur?

A. Non tantum ob suam ipsius sanctitatem, sed quod per eum electi Dei et membra Christi sancta efficiantur. Quare divinæ literæ illum Spiritum sanctificationis vocarunt.

M. Quibus in rebus hanc sanctificationem constituis?

A. Primum quidem ejus instinctu regeneramur; et idcirco dixit Christus, oportere nos aqua et

spiritu renasci. Ejus deinde afflatu in filios Dei adoptamur, unde non immerito Spiritus adoptionis est dictus. Ejus luce illustramur ad intelligenda Dei mysteria: Ejus judicio condonantur ac retinentur peccata: Ejus vi reprimitur et domatur Caro cum suis cupiditatibus: Ejus arbitrio multiplicia dona sanctis distribuuntur: Ejus denique opera corpora nostra mortalia reviviscent: proinde in tantorum donorum auctorem non immerito credimus, eumque colimus et invocamus.

M. Quæ de spiritu sancto retulisti, satis esse arbitor. Sed id ex te audire velim, cur statim adjungitur nos credere Sanctam Catholicam Ecclesiam, et sanctorum communionem?

A. Duo hæc, ut semper credidi, appositissime connectuntur, quoniam societates et corpora cæterorum hominum, cum artibus tum rationibus procedunt atque gubernantur: At ecclesia, quæ cœtus est vocatorum ad æternam salutem, a spiritu sancto, cujus jam mentionem fecimus, et collecta est et regitur, quod cum neque sensu neque luce naturæ intelligatur, jure meritoque inter ea quæ creduntur, hoc loco positum est. Et catholica, id est universalis, ideo appellatur fidelium collectio, quia speciali cuipiam loco non est alligata: Deus enim per universos fines orbis habet sui cultores, qui licet diversitate regionum et provinciarum sint disjecti, ejusdem tamen corporis, cujus caput Christus est, membra sunt invicem quam conjunctissima, communionemque spiritus, fidei, sacramentorum, precum, remissionis peccatorum, et cœlestis felicitatis habent, atque dilectionis vinculo

sic inter ea comparatum est, ut in nullam rem magis incumbant, quam ut sese mutuo juvent, et in Christo vicissim ædificent.

M. Cum jam dictum sit de cognitione Dei et de membris ejus, libet etiam aliquid audire quid sit cultus Dei.

A. Imprimis considerandum est rectam et veram cognitionem Dei, esse cultus Dei præcipuum et unicum fundamentum. Cognitionem timor fovet ac tuetur, quem sacræ literæ Initium sapientiæ appellaverunt: fides autem et spes fulcra sunt et stabilimenta, quibus alia omnia prius a nobis commemorata, innituntur. Porro charitas, quam dilectionem vocamus, est vinculi instar perpetui, cujus arctitudine virtutes reliquæ omnes unitæ, fiunt auctiores. Et hæ sunt partes cultus Dei interiores, id est, animi.

M. Quid habes quod de Sabbatho dicas, aut de die festo, cujus inter leges Primæ tabulæ fecisti mentionem?

A. Sabbathum, si interpreteris, requiem significat, ad cultum et obsequium Dei solummodo institutum. Est autem ejus quietis et tranquillitatis typus, quam qui in Christum credunt, obtinent. Nam fiducia quam habemus in Christo liberat animos nostros ab omni servili timore legis, peccati, mortis, et inferni; certiores interim nos faciens, quod per illum placeamus Deo, quodque nos filios et hæredes regni sui constituerit, unde pax in corde et vera tranquillitas animi nascitur: quæ res gustus quidam est quietis illius felicissimæ, quam in regno Dei sumus habituri. Quæ vero in die

Sabbathi geruntur, ut cæremoniæ et exercitia in cultu Dei, hujus fiduciæ et quietis signa sunt et testimonia. Et christifideles æquum est diebus qui ad sacra sunt destinati, prophanis operibus longe semotis, religioni et cultui Dei sedulo vacare.

M. Quænam sunt cultus illius exterioris (quem in certis quibusdam exercitiis positum aiebas) partes; et illius etiam interioris indicia?

A. Primo, docere et audire doctrinam Evangelii: deinde Cæremoniarum et Sacramentorum sincerus et proprius usus: postremo præcationes ad Deum per Christum et nomine CHRISTI factæ, quæ quidem Spiritum sanctum impetrant, omnis veri cultus et religionis sinceræ auctorem certissimum.

M. Dic mihi quid tu vocas sacramenta?

A. Sunt certæ solennes actiones et cæremoniæ a Christo institutæ, ut per eas beneficiorum suorum erga nos admoneret, et nos vicissim professionem ederemus, quod ex illorum simus numero qui talium beneficiorum sunt participes, et qui in illo fiduciam omnem collocant; quodque nos non pudet nominis Christiani, aut appellationis Discipulorum CHRISTI.

M. Sacramenta illa duo, Baptismi, et quæ a Paulo vocatur Cœna domini, dic, fili, quomodo ministrantur?

A. Qui in Christum credit, et religionis christianæ articulos profitetur, et vult baptizari, (de adultis jam loquor, nam parvulis parentum aut ecclesiæ professio sufficere potest) hunc minister pura et

simplici aqua intingit aut lavat in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti ; et precationibus commendat eum Deo, cujus Ecclesiæ jam palam adjungitur, ut gratiam suam illi largiatur, qua suæ professioni respondeat.

Cœna Dominica.

M. Cœnæ vero dominicæ quis est usus ?

A. Is nimirum, qui ab ipso Domino nostro Jesu Christo fuit institutus. Qui, ut divus inquit Paulus, ea nocte qua tradebatur, accepit panem : et postquam gratias egisset, fregit, ac dixit : Hoc meum est corpus, quod pro vobis frangitur : hoc facite in mei commemorationem. Ad eundem modum et poculum, peracta cœna, eis dedit, dicens : Hoc poculum novum testamentum est in meo sanguine : hoc facite, quotiescunque biberitis, in mei commemorationem. Hæc erat forma et ratio cœnæ Domini, quam tenere et observare debemus ; quo memoria tanti beneficii, passionis et mortis Christi, conservetur, ut ille veniat et faciat nos post hujus sæculi finem suæ mensæ assidere.

Baptismus.

M. Quam rem nobis repræsentat, et ob oculos ponit Baptismus ?

A. Nos esse per spiritum Christi renatos et mundatos a peccato, quodque sumus membra et partes ecclesiæ, ascripti in communionem sanctorum. Aqua enim significat spiritum : baptismus etiam est figura sepulturæ nostræ in Christo,

quodque cum illo una resuscitabimur in nova vita, ut superius tractavimus, in resurrectione Christi.

M. Quam rem significat et demonstrat nobis cœna, quam celebramus in memoriam Domini?

A. Cœna (sicuti paulo ante a nobis explicatur) est grata quædam memoria mortis CHRISTI: cum panis repræsentet corpus ejus ad crucifigendum pro nobis traditum; vinum autem ponatur vice et loco sanguinis abunde pro nobis fusi. Ac quemadmodum pane et vino vita nostra naturalis sustinetur ac nutritur, sic corpore, id est carne et sanguine Christi, anima per fidem nutritur et vegetatur ad vitam cœlestem et spiritualem.

M. Quomodo ista fiunt?

A. Ista quidem fiunt occulta quadam ratione et energia spiritus, quando credimus Christum corpus et sanguinem suum pro nobis semel tradidisse in sacrificium et gratissimam victimam Patri cœlesti: et dum confitemur atque agnoscimus illum pro unico salvatore, Pontifice, mediatore et redemptore nostro, cui debetur omnis honor et gloria.

M. Recte rem hanc omnem intelligis. Id videris velle dictum, Fidem esse os animæ, quo cibum hunc plane divinum et salutis juxta et immortalitatis plenum, et spiritus sancti opera communicatum, recipimus. Jam cum de sacramentis tractatum sit, ad reliqua cultus Dei membra transeas.

A. Faciam quod jubes. Ad divini cultus perfectionem duo adhuc supersunt. Primum, dominus noster JESUS CHRISTUS voluit Doctores et Evangelistas, id est, concionatores Evangelii esse, ut

scilicet vox ejus perpetuo in Ecclesia sua resonaret. Qui Christiani nomine censeri cupit (id quod omnes cupere deberent) dubitationem habere non potest, oportere eum cum summo studio, et desiderio longe ardentissimo operam navare, ut verbum Domini et audiat et imbibat, non tanquam verbum hominis cujuspiam, sed veluti (ut revera est) verbum omnipotentis Dei. Deinde vero, quoniam omne quod bonum est, quodque ab homine Christiano appeti debet, nobis adsit a Deo, atque ab eo conceditur, propterea ab eo rem omnem petere debemus, atque per gratiarum actionem omnia illi accepta referre : quæ res adeo illi placet, ut sacrificii præclari loco ducat ; quemadmodum prophetarum et Apostolorum testimonio est clarissimum.

Oratio Dominica.

M. Tune habes formam aliquam precandi certam et propriam?

A. Maxime. Nempe illam ipsam quam Dominus noster discipulos suos docuit, et simul cum illis, reliquos Christianos omnes. Qui aliquando rogatus ut doceret eos formam orandi, hanc eos edocuit. Quando oratis (inquit) dicite :

Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum : adveniat regnum tuum : fiat voluntas tua sicut in cœlo et in terra : panem nostrum quotidianum da nobis hodie : et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris : et ne nos inducas in tempta-

tionem; sed libera nos a malo: quia tuum est regnum, potentia, et gloria, in secula. Amen.

M. Arbitrarisne licere ut alia precandi forma utamur?

A. Tametsi brevi hoc compendio, quæ christiano cuivis expetenda sunt abunde contineantur, non tamen in eas Christus nos hac precatione redegit angustas, ut aliis aut verbis aut orandi formis uti non liceat. Proposuit autem in hac oratione certa quædam et præcipua capita, ad quæ precationes nostræ omnes referantur. Petat autem quisque a Deo juxta præsentis necessitatis rationem: Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dicit Christus, dabit vobis.

M. Postquam autem in ea oratione nihil sit aut ambiguum aut extra propositum, libet audire quid de ea sentias.

A. Sentio quod verba præ se ferunt.

M. Nihil igitur hic tibi retrusum aut reconditum, nihil difficile intellectu videtur?

A. Nihil, siquidem ne Christus quidem ipse voluit ut in ea quicquam esset aut obscurum, aut procul a captu nostro remotum, presertim cum ad omnes ex æquo pertineat, ac tam doctis quam rudibus inprimis sit necessaria.

M. Proinde expone mihi paucis partes seorsim singulas.

A. Cum dicam: Pater noster qui es in cœlis: id mecum cogito, fieri non posse quin me audiat, quin precationes meæ illi placeant: sum enim illi filius, (licet inutilis et minime obsequens) et ille

contra mihi est benignus Pater, ad ignoscendum et condonandum paratissimus.

M. Cur autem in cœlo eum dicis? est ne in aliquo cœli certo et definito loco? Quid est quod de seipso dicit, Ego Cœlum et terram impleo: et Cœlum mihi sedes est, terra autem subsellium pedum meorum?

A. De hac re superius quædam, quibus ista adjungere libet: Principio, quoties a nobis dicitur (qui es in cœlis) perinde est ac si dicas cœlestis et divinus. Nam de cœlesti nostro patre cogitatio nostra sublimior esse debet, quam quæ est de terreno. Et in cœlis etiam ob id esse dicitur, quod in sublimi atque cœlesti regione, Dei præclara et admiranda opera se illustrius et magnificentius declarant; atque is jam in æterna et plena felicitate esse demonstratur, cum nos adhuc in terris misere atque calamitose a patria exulemus. Deinde quemadmodum cœlum immensa capacitatis suæ amplitudine omnem locum amplectitur, circumdat terram, circumdat maria, nec locus aliquis est qui a cœli capacitate queat abscondi, quoniam omni temporis momento rebus omnibus præsens est: sic ex eo licet intelligere, Deum omni in loco rebus omnibus adesse; videt, audit, moderatur res omnes, ipse existens spiritus ab omni mortali et terrena conditione remotissimus. Cujus rei testis est Hieremias Propheta: Non Deus de propinquo ego? (dicit Dominus) et non Deus de longinquo? Num abscondet se quisquam in latebras, ut eum videre nequeam? Hæc oratio est valde efficax, qua timor nobis incutiatur, ne tam late regnantem

Dominum offendamus, quaque adducimur ut certo credamus eum auditurum nos, siquando necessitas incumbat: est enim et semper et in omni loco præsens. Hoc igitur jacto fundamento, et tam suavi et jucundo ingressu præfixo, sequitur precationis dominicæ prima pars, in qua petimus, ut non solum nos, sed quicunque etiam sunt alii, nomen ejus sancte honoremus, revereamur, adoremus.

M. Quomodo hoc fit?

A. Dicam: Tum demum hoc fit, cum omissis illis omnibus qui nomen deorum sortiuntur, sive in cœlo, sive in terra, sive in templis variis figuris et imaginibus adorentur, solum hunc nostrum patrem agnoscamus, et precemus verum Deum et filium ejus Jesum Christum quem ipse misit, et eum solum cum vitæ integritate et innocentia, puris et infucatis precibus, solicitemus?

M. Recte quidem dixisti, Perge quæso.

A. Secundo loco petimus, ut adveniat regnum ejus: Adhuc enim non videmus res omnes Christo esse subjectas, non videmus ut lapis de monte abscissus sit sine opere humano, qui contrivit et in nihilum redegit statuam descriptam a Daniele, ut petra sola, qui est Christus, occupet et obtineat totius mundi imperium a patre concessum. Adhuc non est occisus antichristus, quo fit ut nos desideremus et precemur ut id tandem aliquando contingat et impleatur, utque solus Christus regnet cum suis sanctis secundum divinas promissiones, utque vivat et dominetur in mundo juxta sancti Evangelii decreta, non autem juxta traditiones et

leges hominum, et voluntatem Tyrannorum mundi.

M. Faxit Deus, ut regnum ejus adveniat quam citissime.

A. Porro cum filiorum sit, ut ad patrum voluntatem vitam instituant, non autem e contra, ut patres ad filiorum voluntates se deflectant, (quando quidem voluntas nostra plerumque affectionum titillatione, et cupiditatum motu trahitur ad eas res peragendas, quæ omnino Deo displicent) rationi consentaneum est, ut e cœlestis patris nutu toti pendeamus, utque divino illius imperio nos penitus subjiciamus: quare hanc ob causam precamur, ut nos omnes mortales non aliter illius mandatis simus audientes, quam sol et luna et reliquæ stellæ cœlestes, quæ cum statis motibus et perenni agitatione, tum indefessis terram radiis illustrando perpetuo divinam voluntatem exequuntur: aut veluti cœlestes Angeli et cæteri divini spiritus, illi per omnia obtemperemus, qui omnem dant operam ad divina jussa sedulo adimplenda. Deinde petere nos docet a cœlesti Patre panem nostrum: qua significat non cibum modo, verum etiam res alias omnes ad vitam tuendam conservandamque necessarias, ut Deum solum intelligamus esse auctorem rerum omnium, qui efficit et ut crescant, et ut abundent terræ proventus. Quamobrem par est, ut eum solum precibus compellemus, qui (juxta Davidis oraculum) omnia et pascit et tuetur.

M. Sunt qui hunc locum intelligant de pane cujus meminit Christus, (Joh. c. vi.) id est, de vera cognitione et gustu Christi, pro nobis nati

et mortui, quo fidelis anima pascitur. In causa autem cur sic colligant, est Græcum quod hic legitur vocabulum ἐπιούσιον, qua voce volunt exprimere supernaturalem, spiritualem, cœlestem et divinum. Hunc sensum non rejicio, potest enim utraque interpretatio huic loco apte accomodari. Sed Panem cur vocat quotidianum (quod etiam per vocem ἐπιούσιον, significatur)?

A. Panem sane quotidianum petimus, qui nobis perpetuo adsit et comitetur assidue, ut finem et modum sitienti desiderio et gulæ insatiabili imponeret, ne alioqui essemus (ut CHRISTUS loquitur) in crastinum solliciti, quoniam crastinus dies curam habebit suiipsius: adveniet enim non sine suo incommodo et sollicitudine: quare rationi consentaneum non est, ut dies unus malum alterius aggravet; satis namque erit id quotidie petere, quod Pater noster benignissimus paratus est quotidie impartire. Sequitur quinta petitio, qua patrem precamur, ut nobis dimittat debita et delicta quæ commisimus. Hæc certe petitio est vehementer necessaria, cum nemo vivat mortalium immunis a peccato. Hic igitur fiducia omnis nostri abjicienda est, hic cristæ dimittendæ, hic precandus est Pater noster clementissimus, ut in gratiam et amorem Jesu Christi filii sui et charissimi et obsequentissimi innumeras nobis offensas condonet, remittat, ac de libro penitus deleat. Memores autem nos hic interim esse decet pacti nobis cum Deo initi, siquidem petimus, ut Deus ita nobis remittat peccata nostra, ut iis qui nos offenderint, ipsi remittimus: proinde necessarium est ut ignoscamus, ut remitta-

mus omnibus offensas omnes, cujuscunque aut generis sint aut conditionis. Si remiserimus hominibus errata sua, remittet nobis pater noster cœlestis errata nostra.

M. Si hæc ita fierent, mi fili, non tot lites, non tot contentiones, non aut tot aut tam graves discordiæ, inimicitiæ, atque odia inter homines hodie grassarentur : nunc autem dum quisque sic sibi placet, ut ne tantillum de suo jure velit discedere, sive de honore loquaris, sive de opibus, sive de re alia quavis, non raro solet usu venire, ut et opes et honores et vitam ipsam una amittant, necnon favorem divinum et æternam gloriam a se prorsus repellant atque avertant. Te autem, mi fili, nec fugere debet præceptum Christi, neque quod docet Paulus ne sinas te vinci a malo, id est, ne sinas te aliorum offensa eo adduci, ut malum malo rependas ; imo vince bono malum, nempe benefaciendo illi, qui tibi male fecit, atque eum benigne tractando, qui hostem se tibi præbuerit etiam acerbissimum. Perge porro ad sextam petitionem.

A. Pergam ut jubes libenter. Quandoquidem igitur debiles et infirmi, et mille periculis mille tentationibus expositi, ad succumbendum faciles, ad cedendum parati, occasionibus quibusvis etiam levissimis, vel hominibus malitia instructis, vel concupiscentiæ et appetitioni propriæ, vel tandem serpenti astuto et malitioso, id est diabolo ; oramus Patrem ne nos in tales difficultates aut periculum adducat, neve in ipso discrimine deserat, quin si eo ventum sit, ut prius nos de imminenti malo et diaboli machinis (auctoris et principis omnis mali)

eripiat, quam prorsus in exitium præcipitemur. Habes jam paucis, venerande præceptor, nisi quid inter narrandum exciderit, quæ a te mihi sunt tradita.

M. Quia tuum est regnum potentia et gloria in sæcula. Amen. Cur ista periodo voluit Christus nostras preces absolvi?

A. Partim ut certam nostram fiduciam testaremur obtinendi omnia ea quæ antea postulavimus. Nihil enim est quod is dare vel non possit vel nolit, si ex fide rogetur, qui cuncta regit et gubernat, qui omnia potest, quique infinita gloria est ornatus. Hæc ubi de Deo patre nostro commemoramus, nullus in animo dubitationi relinquitur amplius locus, qua suspicemur nos repulsam esse passuros. Partim nobis ipsis ostendimus ita dicendo, quam sit consentaneum ab uno Deo petere, cum nullus citra eum tam illustri gloria fulgeat, adeo late regnet, atque tantarum sit virium, ut vel ei obstare possit, quin pro sua voluntate largiatur quæcunque decreverit, vel jam nobis ab ipso donata, valeat auferre. Nullumque malum nostrum usque adeo magnum est, quod ejus incredibili vi, gloria, et sapientia, non sit a nobis propulsandum.

M. Probo brevem hanc tuam qualemcunque declarationem, mi fili: nec videtur omissum quicquam quod dictum oportuit.

A. Interim tamen hoc unum addere libet: Summa et præcipua res quæ in precatione requiritur est ut extra omnem dubitationem firmiter credamus, Deum patrem nostrum id quod petimus

daturum, modo nec sit inutile nobis qui accipiamus nec indignum illo qui det: nam qui non est certus sed dubius, non putet se quicquam a Deo impetraturum, juxta Jacobi sententiam.

M. Jam video, chare fili, quam diligenter et studiose applicasti animum ad ea, quæ a me tibi proposita sunt, quamque pie et sancte de vero Dei cultu, deque mutuis in proximum officiis cogites. Superest ut deinceps vitam sic instituas tuam, ne cognitio hæc plane cœlestis et divina in te torpeat, ac perinde jaceat, atque in carnis tumulo, inanimis et mortua: Imo fac ut totus piis hiisce studiis continenter ac sedulo incumbas, et vives non in hac solum præsenti vita, verum etiam in futura, quæ multo quam hæc præsens et melior est et beatior: habet enim pietas promissionem non in hac vita solum, sed etiam in futura, juxta sententiam Pauli. Operæ pretium igitur est, ut pietatem sedulo sectemur, quæ viam plane nobis ad cœlum aperit, si modo eo aspirare velimus. Pietatis autem primum officium est (quod a te quam optime jam est explicatum) cognoscere Deum solum, et solum eum appetere ut summum bonum; timere ut dominum, amare et venerari ut patrem, una cum filio ejus servatore nostro Jesu Christo. Hic ille est qui nos et genuit et regeneravit: hic demum ille est qui principio dedit et vitam et animam, qui tuetur, qui salvat, qui vitæ nos beat æternitate. Huic pietati prorsus contraria est impietas; superstitio vero et hypocrisis imitantur quidem eam et præ se ferunt, quum longissime tamen ab omni pietate discrepent: atque ideo ut pestis et venena

animæ et salutis nostræ hostes immanissimos, evitare debemus: proximum vero pietatis officium, hominem quemvis, veluti fratrem, diligere. Nam si Deus nos omnes in initio creaverit, si nos pascat et regat, si denique habitationis nostræ in immensa hac mundi fabrica causa sit et parens, non potest Fratris nomen non aptissime nobis convenire, adeoque tanto arctiori invicem vinculo erimus colligati, quanto propius ad Christum accedamus, qui est frater noster, primogenitus et natu maximus, quem qui non novit, qui non tenet, revera injustus est, et in populo Dei locum non habet. Ille enim radix et fundamentum est omnis æquitatis et justitiæ, et mentibus nostris naturales quasdam præceptiones instillavit. Fac idem, inquit, alteri, quod tibi vis fieri: cave igitur ne quicquam illi facias, quod non libenter ipse patiaris. Semper ex proprio ingenio atque sensu metire alienum. Si pati injuriam durum et grave sit, si quod tibi facit alius iniquum videatur, transfer idem judicium in personam proximi quod in te sentis, et videbis te non minus inique facere si noceas alteri, quam alii faciunt qui tibi nocuerint: si hic pedem fortiter figeremus, si huc omni studio niteremur, ipsum teneremus innocentiæ fastigium. Siquidem gradus primus est nulli offensionem præbere: proximus, cunctos quantum in nobis est juvare, id si minus poterimus, saltem omnibus bene velle et precari: tertius, qui horum omnium summus et perfectissimus habetur, est etiam inimicis benefacere, qui nos injuriis afficiunt. Cognoscamus igitur nosmetipsos, tollamus quæ in nobis sunt

vitia, atque in eorum loco virtutes plantemus, non aliter quam Agricolæ, qui primum, spinas, tribulos, ac vitiosas herbas ex agris suis incultis et neglectis auferre et penitus eradicare solent : deinde vero bona et frugifera semina undique dispergunt, et terræ visceribus injiciunt, quæ tempore bonas fruges producant. Eundem in modum et nos agamus : imprimis enim operam demus, ut pravas et vitiosas cupiditates tollamus penitus e mentibus nostris, postea autem mores sanctos et Christianis pectoribus dignos inseramus. Qui si rore verbi divini spergantur et fœcundentur, sique calore foveantur, spiritus cœlestis fructum haud dubie proferent uberrimum immortalitatis et beatæ vitæ, quam Deus per CHRISTUM electis suis ante jacta fundamenta mundi præparavit. Cui sit omnis honor et gloria. AMEN.

CATECHISMI FINIS.

ARTICULI

A.D. MDLII. APPROBATI

ET

ANNO PROXIMO EDITI

NEC NON

ARTICULI

A.D. MDLXII. RECENSITI

ET DENUO

A.D. MDLXXI.

APPROBATI CONFIRMATI

EDITI.

ARTICULI *de quibus in* Synodo *Londinensi Anno Dom.* MDLII. *ad tollendam opinionum dissensionem et consensum veræ religionis firmandum, inter Episcopos et alios eruditos viros convenerat.* Regia *authoritate in lucem editi.*

De Fide in Sacrosanctam Trinitatem.

Unus est vivus et verus Deus, æternus, incorporeus, impartibilis, impassibilis, immensæ potentiæ, sapientiæ, ac bonitatis, creator et conservator omnium, tum visibilium tum invisibilium. Et in unitate hujus divinæ naturæ tres sunt personæ, ejusdem essentiæ, potentiæ, ac æternitatis, Pater, Filius, et Spiritus sanctus.

Verbum Dei, verum hominem esse factum.

Filius qui est verbum patris, in utero beatæ Virginis, ex illius substantia naturam humanam assumpsit, ita ut duæ naturæ, divina et humana, integre atque perfecte in unitate personæ fuerint inseparabiliter conjunctæ, ex quibus est unus Christus, verus Deus et verus homo, qui vere passus est, crucifixus, mortuus et sepultus, ut patrem nobis reconciliaret, essetque hostia non

ARTICULI *de quibus convenit inter Archiepiscopos et Episcopos utriusque Provinciæ, et Clerum Universum in* SYNODO, *Londini, Anno* 1562, *secundum computationem Ecclesiæ Anglicanæ, ad tollendam opinionum dissentionem, et consensum in vera Religione firmandum. Editi Authoritate serenissimæ Reginæ.*

I. *De Fide in Sacrosanctam Trinitatem.*

UNUS est vivus, et verus Deus, æternus, incorporeus, impartibilis, impassibilis, immensæ potentiæ, sapientiæ, ac bonitatis, creator et conservator omnium, tum visibilium, tum invisibilium. Et in unitate hujus divinæ naturæ, tres sunt personæ, ejusdem essentiæ, potentiæ ac æternitatis, Pater, Filius, et Spiritus sanctus.

II. *De Verbo, sive Filio Dei, qui verus homo factus est.*

FILIUS, qui est verbum patris, ab æterno a patre genitus, verus et æternus Deus, ac patri consubstantialis, in utero beatæ virginis, ex illius substantia naturam humanam assumpsit: ita ut duæ naturæ, divina et humana, integre atque perfecte in unitate personæ fuerint inseparabiliter conjunctæ, ex quibus est unus Christus, verus Deus et verus homo, qui vere passus est, crucifixus,

tantum pro culpa originis, verum etiam pro omnibus actualibus hominum peccatis.

De descensu Christi ad Inferos.

Quemadmodum Christus pro nobis mortuus est et sepultus, ita est etiam credendus ad inferos descendisse. Nam corpus usque ad resurrectionem in sepulchro jacuit: Spiritus, ab illo emissus, cum spiritibus qui in carcere sive in inferno detinebantur fuit, illisque prædicavit, quemadmodum testatur Petri locus.

Resurrectio Christi.

Christus vere a mortuis resurrexit, suumque corpus cum carne, ossibus, omnibusque ad integritatem humanæ naturæ pertinentibus recepit: cum quibus in cœlum ascendit, ibique residet quoad extremo die ad judicandos homines revertatur.

Divinæ Scripturæ doctrina sufficit ad Salutem.

Scriptura sacra continet omnia quæ sunt ad salutem necessaria, ita ut quicquid in ea nec

mortuus, et sepultus, ut patrem nobis reconciliaret, essetque hostia, non tantum pro culpa originis, verum etiam pro omnibus actualibus hominum peccatis.

III. *De descensu Christi ad Inferos.*

Quemadmodum Christus pro nobis mortuus est et sepultus, ita est etiam credendus ad Inferos descendisse.

IV. *De Resurrectione Christi.*

Christus vere a mortuis resurrexit, suumque corpus cum carne, ossibus, omnibusque ad integritatem humanæ naturæ pertinentibus recepit: cum quibus in cœlum ascendit, ibique residet, quoad extremo die ad judicandos homines reversurus sit.

V. *De spiritu Sancto.*

Spiritus sanctus, a patre et filio procedens, ejusdem est cum patre et filio essentiæ, majestatis, et gloriæ, verus ac æternus Deus.

VI. *De Divinis Scripturis, quod sufficiant ad Salutem.*

Scriptura sacra continet omnia quæ ad salutem sunt necessaria, ita ut quicquid in ea nec legitur,

legitur, neque inde probari potest, licet interdum a fidelibus ut pium et conducibile ad ordinem et decorum admittatur, attamen a quoquam non exigendum est, ut tanquam articulus fidei credatur, et ad salutis necessitatem requiri putetur.

neque inde probari potest, non sit a quoquam exigendum, ut tanquam articulus fidei credatur, aut ad salutis necessitatem requiri putetur.

Sacræ Scripturæ nomine, eos canonicos libros veteris et novi Testamenti intelligimus, de quorum authoritate in Ecclesia nunquam dubitatum est.

De Nominibus, et Numero Librorum sacræ Canonicæ Scripturæ veteris Testamenti.

Genesis.
Exodus.
Leviticus.
Numeri.
Deuteron.
Josuæ.
Judicum.
Ruth.
Prior liber Samuelis.
Secundus liber Samuelis.
Prior liber Regum.
Secundus liber Regum.
Prior liber Paralipom.
Secundus liber Paralipom.
Primus liber Esdræ.
Secundus liber Esdræ.
Liber Hester.
Liber Job.
Psalmi.
Proverbia.
Ecclesiastes vel Concionator.
Cantica Solomonis.
IV. Prophetæ Majores.
XII. Prophetæ Minores.

Alios autem Libros (ut ait Hieronymus) legit quidem Ecclesia, ad exempla vitæ, et formandos mores; illos tamen ad dogmata confirmanda non adhibet: ut sunt

Tertius liber Esdræ.
Quartus liber Esdræ.
Liber Tobiæ.
Liber Judith.
Reliquum libri Hester.
Liber Sapientiæ.
Liber Jesu filii Sirach.
Baruch propheta.
Canticum trium puerorum.
Historia Susannæ.
De Bel et Dracone.
Oratio Manassis.
Prior liber Machabeorum.
Secundus liber Machabeorum.

Vetus Testamentum non est rejiciendum.

Testamentum Vetus, quasi Novo contrarium sit, non est repudiandum; sed retinendum, quandoquidem tam in veteri quam in novo, per Christum, qui unicus est mediator Dei et hominum, Deus et homo, æterna vita humano generi est proposita. Quare non sunt audiendi, qui veteres tantum in promissiones temporarias sperasse confingunt*.

Symbola Tria.

Symbola tria, Niceni, Athanasii, et quod vulgo Apostolicum appellatur, omnino recipienda sunt. Nam firmissimis divinarum scripturarum testimoniis probari possunt.

Peccatum Originale.

Peccatum originis non est (ut fabulantur Pelagiani, et hodie Anabaptistæ repetunt) in imitatione Adami situm, sed est vitium et depravatio naturæ cujuslibet hominis ex Adamo naturaliter propagati: qua fit, ut ab originali justitia quam

* Vide etiam Articulum p. 64, cui titulus *Omnes obligantur ad moralia legis præcepta servanda.*

Novi Testamenti omnes libros (ut vulgo recepti sunt) recipimus, et habemus pro canonicis.

VII. *De Veteri Testamento.*

Testamentum vetus novo contrarium non est, quandoquidem tam in veteri quam in novo, per Christum, qui unicus est Mediator Dei et hominum, Deus et homo, æterna vita humano generi est proposita. Quare male sentiunt, qui veteres tantum in promissiones temporarias sperasse confingunt. Quanquam lex a Deo data per Mosen (quoad cæremonias et ritus) Christianos non astringat, neque civilia ejus præcepta in aliqua republica necessario recipi debeant, nihilominus tamen ab obedientia mandatorum (quæ moralia vocantur) nullus (quantumvis Christianus) est solutus.

VIII. *De Tribus Symbolis.*

Symbola tria, Nicænum, Athanasii, et quod vulgo Apostolorum appellatur, omnino recipienda sunt, et credenda, nam firmissimis Scripturarum testimoniis probari possunt.

IX. *De Peccato Originali.*

Peccatum originis non est (ut fabulantur Pelagiani) in imitatione Adami situm, sed est vitium et depravatio naturæ cujuslibet hominis ex Adamo naturaliter propagati: qua fit, ut ab originali justitia quam longissime distet, ad malum sua natura propendeat, et caro semper adversus spi-

longissime distet, ad malum sua natura propendeat, et caro semper adversus spiritum concupiscat: unde in unoquoque nascentium, iram Dei atque damnationem meretur. Manet etiam in renatis hæc naturæ depravatio, qua fit ut affectus carnis, Græce φρόνημα σαρκὸς, quod alii sapientiam, alii sensum, alii affectum, alii studium vocant, legi Dei non subjiciatur. Et quanquam renatis et credentibus nulla propter CHRISTUM est condemnatio, peccati tamen in sese rationem habere concupiscentiam fatetur Apostolus.

De Libero Arbitrio.

ABSQUE gratia Dei, quæ per Christum est, nos præveniente ut velimus, et cooperante dum volumus, ad pietatis opera facienda, quæ Deo grata sint et accepta, nihil valemus.

De Gratia.

GRATIA Christi, seu spiritus sanctus qui per eundem datur, cor lapideum aufert, et dat cor carneum. Atque licet ex nolentibus quæ recta sunt volentes faciat, et ex volentibus prava nolentes reddat, voluntati nihilominus violentiam nullam infert. Et nemo hac de causa cum peccaverit seipsum excusare potest, quasi nolens aut

ritum concupiscat: unde in unoquoque nascentium, iram Dei atque damnationem meretur. Manet etiam in renatis hæc naturæ depravatio. Qua fit, ut affectus carnis, Græce Φρόνημα σαρκὸς (quod alii sapientiam, alii sensum, alii affectum, alii studium carnis interpretantur) legi Dei non subjiciatur. Et quanquam renatis et credentibus nulla propter Christum est condemnatio, peccati tamen in sese rationem habere concupiscentiam fatetur Apostolus.

X. *De Libero Arbitrio.*

Ea est hominis post lapsum Adæ conditio, ut sese naturalibus suis viribus et bonis operibus, ad fidem et invocationem Dei convertere ac præparare non possit. Quare absque gratia Dei (quæ per Christum est) nos præveniente ut velimus, et cooperante dum volumus, ad pietatis opera facienda, quæ Deo grata sunt et accepta, nihil valemus.

coactus peccaverit, ut eam ob causam accusari non mereatur aut damnari.

De Hominis Justificatione.

Justificatio ex sola fide Jesu Christi, eo sensu quo in Homilia de justificatione explicatur, est certissima et saluberrima Christianorum doctrina.

Opera ante Justificationem.

Opera quæ fiunt ante gratiam Christi, et Spiritus ejus afflatum, cum ex fide Jesu Christi non prodeant, minime Deo grata sunt, neque gratiam (ut multi vocant) de congruo merentur. Imo cum non sint facta ut Deus illa fieri voluit et præcepit, peccati rationem habere non dubitamus.

Opera Supererogationis.

Opera quæ Supererogationis appellant, non possunt sine arrogantia et impietate prædicari.

XI. *De Hominis Justificatione.*

Tantum propter meritum Domini ac Servatoris nostri Jesu Christi, per fidem, non propter opera et merita nostra, justi coram Deo reputamur. Quare sola fide nos justificari doctrina est saluberrima, ac consolationis plenissima, ut in homilia de justificatione hominis, fusius explicatur.

XII. *De Bonis Operibus.*

Bona opera, quæ sunt fructus fidei et justificatos sequuntur, quanquam peccata nostra expiare, et divini judicii severitatem ferre non possunt, Deo tamen grata sunt, et accepta in Christo; atque ex vera et viva fide necessario profluunt, ut plane ex illis æque fides viva cognosci possit, atque arbor ex fructu judicari.

XIII. *De Operibus ante Justificationem.*

Opera quæ fiunt ante gratiam Christi, et Spiritus ejus afflatum, cum ex fide Jesu Christi non prodeant, minime Deo grata sunt, neque gratiam (ut multi vocant) de congruo merentur. Immo cum non sunt facta ut Deus illa fieri voluit et præcepit, peccati rationem habere non dubitamus.

XIV. *De Operibus Supererogationis.*

Opera quæ supererogationis appellant, non possunt sine arrogantia et impietate prædicari

Nam illis declarant homines, non tantum se Deo reddere quæ tenentur, sed plus in ejus gratiam facere quam deberent : cum aperte CHRISTUS dicat, Cum feceritis omnia quæcunque præcepta sunt vobis, dicite, Servi inutiles sumus.

Nemo præter Christum est sine peccato.

CHRISTUS in nostræ naturæ veritate, per omnia similis factus est nobis, excepto peccato, a quo prorsus erat immunis, tum in carne tum in spiritu. Venit ut agnus absque macula esset, qui mundi peccata per immolationem sui semel factam tolleret ; et peccatum (ut inquit Joannes) in eo non erat : sed nos reliqui etiam baptizati, et in Christo regenerati, in multis tamen offendimus omnes, et si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est.

De Peccato in Spiritum sanctum.

NON omne peccatum mortale post baptismum voluntarie perpetratum, est peccatum in spiritum sanctum, et irremissibile : proinde lapsis a baptismo in peccata, locus pœnitentiæ non est negandus. Post acceptum spiritum sanctum possumus a gratia data recedere, atque peccare, denuoque per gratiam Dei resurgere ac resipiscere. Ideoque illi damnandi sunt, qui se quamdiu hic vivant, amplius non posse peccare affirmant, aut vere resipiscentibus pœnitentiæ locum denegant.

Nam illis declarant homines, non tantum se Deo reddere quæ tenentur, sed plus in ejus gratiam facere quam deberent: cum aperte Christus dicat, Cum feceritis omnia quæcunque præcepta sunt vobis, dicite, Servi inutiles sumus.

XV. *De Christo, qui solus est sine peccato.*

Christus in nostræ naturæ veritate, per omnia similis factus est nobis, excepto peccato, a quo prorsus erat immunis, tum in carne tum in spiritu. Venit ut agnus, absque macula, qui mundi peccata per immolationem sui semel factam, tolleret; et peccatum (ut inquit Johannes) in eo non erat: sed nos reliqui etiam baptizati, et in Christo regenerati, in multis tamen offendimus omnes. Et si dixerimus quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est.

XVI. *De Peccato post Baptismum.*

Non omne peccatum mortale post Baptismum voluntarie perpetratum, est peccatum in Spiritum sanctum, et irremissible. Proinde lapsis a Baptismo in peccata, locus pœnitentiæ non est negandus. Post acceptum spiritum sanctum possumus a gratia data recedere, atque peccare, denuoque per gratiam Dei resurgere, ac resipiscere: ideoque illi damnandi sunt, qui se quamdiu hic vivant, amplius non posse peccare affirmant, aut vere resipiscentibus veniæ locum denegant.

Blasphemia in Spiritum sanctum.

Blasphemia in Spiritum Sanctum est cum quis verborum Dei manifeste perceptam veritatem, ex malitia et obfirmatione animi, convitiis insectatur, et hostiliter insequitur. Atque hujusmodi, quia maledicto sunt obnoxii, gravissimo sese adstringunt sceleri. Unde peccati hoc genus irremissibile a Domino appellatur, et affirmatur.

De Prædestinatione et Electione.

Prædestinatio ad vitam est æternum Dei propositum, quo ante jacta mundi fundamenta, suo consilio, nobis quidem occulto, constanter decrevit eos quos elegit ex hominum genere, a maledicto et exitio liberare, atque, ut vasa in honorem efficta, per Christum ad æternam salutem adducere: unde qui tam præclaro Dei beneficio sunt donati, illi spiritu ejus, oportuno tempore operante, secundum propositum ejus vocantur, vocationi per gratiam parent, justificantur gratis, adoptantur in filios, unigeniti Jesu Christi imagini efficiuntur conformes, in bonis operibus sancte ambulant, et demum ex Dei misericordia pertingunt ad sempiternam felicitatem.

Quemadmodum prædestinationis et electionis nostræ in Christo pia consideratio, dulcis, suavis, et ineffabilis consolationis plena est vere piis, et his qui sentiunt in se vim spiritus Christi, facta carnis, et membra quæ adhuc sunt super terram

XVII. *De Prædestinatione, et Electione.*

Prædestinatio ad vitam est æternum Dei propositum, quo ante jacta mundi fundamenta, suo consilio, nobis quidem occulto, constanter decrevit eos quos in Christo elegit ex hominum genere, a maledicto et exitio liberare, atque (ut vasa in honorem efficta) per Christum, ad æternam salutem adducere. Unde qui tam præclaro Dei beneficio sunt donati, illi spiritu ejus, opportuno tempore operante, secundum propositum ejus vocantur, vocationi per gratiam parent, justificantur gratis, adoptantur in filios Dei, unigeniti ejus Jesu Christi imagini efficiuntur conformes, in bonis operibus sancte ambulant, et demum ex Dei misericordia pertingunt ad sempiternam felicitatem,

Quemadmodum prædestinationis et electionis nostræ in Christo pia consideratio, dulcis, suavis, et ineffabilis consolationis plena est, vere piis, et his qui sentiunt in se vim spiritus Christi facta carnis, et membra quæ adhuc sunt super terram

mortificantem, animumque ad cœlesta et superna rapientem, tum quia fidem nostram de æterna salute consequenda per Christum plurimum stabilit atque confirmat, tum quia amorem nostrum in Deum vehementer accendit: Ita hominibus curiosis, carnalibus, et spiritu Christi destitutis, ob oculos perpetuo versari prædestinationis Dei sententiam, perniciosissimum est præcipitium, unde illos diabolus protrudit vel in desperationem, vel in æque perniciosam impurissimæ vitæ securitatem. Deinde licet prædestinationis decreta sunt nobis ignota, promissiones tamen divinas sic amplecti oportet, ut nobis in sacris literis generaliter propositæ sunt: et Dei voluntas in nostris actionibus ea sequenda est, quam in verbo Dei habemus diserte revelatam.

Tantum in nomine Christi speranda est æterna salus.

Sunt et illi anathematizandi qui dicere audent, unumquemque in lege aut secta quam profitetur esse servandum, modo juxta illam et lumen naturæ accurate vixerit: cum sacræ literæ tantum Jesu Christi nomen prædicent, in quo salvos fieri homines oporteat.

Omnes obligantur ad moralia legis præcepta servanda.

Lex a Deo data per Mosen, licet quoad cæremonias et ritus Christianos non astringat, neque civilia ejus præcepta in aliqua Republica neces-

mortificantem, animumque ad cœlestia et superna rapientem. Tum quia fidem nostram de æterna salute consequenda per Christum plurimum stabilit atque confirmat, tum quia amorem nostrum in Deum vehementer accendit. Ita hominibus curiosis, carnalibus, et Spiritu Christi destitutis, ob oculos perpetuo versari prædestinationis Dei sententiam, perniciosissimum est præcipitium, unde illos diabolus protrudit, vel in desperationem, vel in æque perniciosam impurissimæ vitæ securitatem; deinde promissiones divinas sic amplecti oportet, ut nobis in sacris literis generaliter propositæ sunt, et Dei voluntas in nostris actionibus ea sequenda est, quam in verbo Dei habemus diserte revelatam.

XVIII. *De speranda æterna salute tantum in nomine Christi.*

Sunt et illi anathematizandi, qui dicere audent unumquemque in lege aut secta quam profitetur esse servandum, modo juxta illam, et lumen naturæ accurate vixerit, cum sacræ literæ tantum Jesu Christi nomen prædicent, in quo salvos fieri homines oporteat.

sario recipi debeant, nihilominus ab obedientia mandatorum quæ Moralia vocantur, nullus quantumvis Christianus est solutus: quare illi non sunt audiendi, qui sacras literas tantum infirmis datas esse perhibent, et spiritum perpetuo jactant, a quo sibi quæ prædicant suggeri asserunt, quanquam cum Sacris litteris apertissime pugnent.

De Ecclesia.

Ecclesia Christi visibilis est cœtus fidelium, in quo verbum Dei purum prædicatur, et sacramenta, quoad ea quæ necessario exiguntur, juxta Christi institutum recte administrantur.

Sicut erravit Ecclesia Hierosolymitana, Alexandrina, et Antiochena, ita et erravit Ecclesia Romana, non solum quoad agenda et cæremoniarum ritus, verum in his etiam quæ credenda sunt.

De Ecclesiæ Authoritate.

Ecclesiæ non licet quicquam instituere, quod verbo Dei scripto adversetur; neque unum scripturæ locum sic exponere potest, ut alteri contradicat: quare licet ecclesia sit divinorum librorum testis et conservatrix, attamen ut adversus eos nihil decernere, ita præter illos nihil credendum de necessitate salutis debet obtrudere.

De Authoritate Conciliorum generalium.

Generalia concilia sine jussu et voluntate Principum congregari non possunt: et ubi con-

XIX. *De Ecclesia.*

Ecclesia Christi visibilis est cœtus fidelium, in quo verbum Dei purum prædicatur, et sacramenta, quoad ea quæ necessario exigantur, juxta Christi institutum recte administrantur. Sicut erravit Ecclesia Hierosolymitana, Alexandrina, et Antiochena ; ita et erravit Ecclesia Romana, non solum quoad agenda et cæremoniarum ritus, verum in his etiam quæ credenda sunt.

XX. *De Ecclesiæ Authoritate.*

Habet Ecclesia ritus sive cæremonias statuendi jus, et in fidei controversiis authoritatem ; quamvis Ecclesiæ non licet quicquam instituere, quod verbo Dei scripto adversetur, nec unum scripturæ locum sic exponere potest, ut alteri contradicat. Quare licet Ecclesia sit divinorum librorum testis et conservatrix, attamen ut adversus eos nihil decernere, ita præter illos, nihil credendum de necessitate salutis debet obtrudere.

XXI. *De Authoritate Conciliorum generalium.*

Generalia Concilia, sine jussu et voluntate Principum congregari non possunt ; et ubi con-

venerint, quia ex hominibus constant, qui non omnes spiritu et verbis Dei reguntur, et errare possunt et interdum errarunt, etiam in his quæ ad normam pietatis pertinent: ideo quæ ab illis constituuntur, ut ad salutem necessaria, neque robur habent neque autoritatem, nisi ostendi possunt e sacris literis esse desumpta.

De Purgatorio.

Scholasticorum doctrina de Purgatorio, de Indulgentiis, de veneratione et adoratione tum imaginum tum reliquiarum, necnon de invocatione sanctorum, res est futilis, inaniter conficta, et nullis scripturarum testimoniis innititur, immo verbo Dei perniciose contradicit.

Nemo in Ecclesia ministret nisi vocatus.

Non licet cuiquam sumere sibi munus publice prædicandi, aut administrandi Sacramenta in Ecclesia, nisi prius fuerit ad hæc obeunda legitime vocatus et missus. Atque illos legitime vocatos et missos existimare debemus, qui per homines, quibus potestas vocandi ministros atque mittendi in vineam Domini publice concessa est in Ecclesia, cooptati fuerint et asciti in hoc opus.

Agendum est in Ecclesia lingua quæ sit Populo nota.

Decentissimum est et verbo Dei maxime congruit, ut nihil in ecclesia publice legatur aut

venerint, quia ex hominibus constant, qui non omnes spiritu et verbo Dei reguntur, et errare possunt, et interdum errarunt etiam in his quæ ad Deum pertinent: ideoque quæ ab illis constituuntur, ut ad salutem necessaria; neque robur habent neque authoritatem, nisi ostendi possint e sacris literis esse desumpta.

XXII. *De Purgatorio.*

Doctrina Romanensium de purgatorio, de indulgentiis, de veneratione, et adoratione, tum imaginum, tum reliquiarum, nec non de invocatione sanctorum, res est futilis, inaniter conficta, et nullis Scripturarum testimoniis innititur: immo verbo Dei contradicit.

XXIII. *De ministrando in Ecclesia.*

Non licet cuiquam sumere sibi munus publice prædicandi, aut administrandi Sacramenta in Ecclesia, nisi prius fuerit ad hæc obeunda legitime vocatus et missus. Atque illos legitime vocatos et missos existimare debemus, qui per homines, quibus potestas vocandi ministros, atque mittendi in vineam Domini publice concessa est in Ecclesia, cooptati fuerint et adsciti in hoc opus.

XXIV. *De loquendo in Ecclesia lingua quam Populus intelligit.*

Lingua populo non intellecta, publicas in Ecclesia preces peragere, aut Sacramenta admini-

recitetur lingua populo ignota; idque Paulus fieri vetuit, nisi adesset qui interpretaretur.

De Sacramentis.

Dominus noster Jesus Christus Sacramentis numero paucissimis, observatu facillimis, significatione præstantissimis, societatem novi populi colligavit, sicuti est Baptismus et Cœna Domini.

Sacramenta non instituta sunt a Christo ut spectarentur aut circumferrentur, sed ut rite illis uteremur: et in his duntaxat qui digne percipiunt, salutarem habent effectum, idque non ex opere (ut quidam loquuntur) operato: quæ vox ut peregrina est et sacris litteris ignota, sic parit sensum minime pium, sed admodum superstitiosum: qui vero indigne percipiunt, damnationem (ut inquit Paulus) sibi ipsis acquirunt.

Sacramenta per verbum Dei instituta, non tantum sunt notæ professionis Christianorum, sed certa quædam potius testimonia et efficacia signa gratiæ, atque bonæ in nos voluntatis Dei, per quæ invisibiliter ipse in nobis operatur, nostramque fidem in se non solum excitat, verum etiam confirmat.

strare, verbo Dei et primitivæ Ecclesiæ consuetudini plane repugnat.

XXV. *De Sacramentis.*

Sacramenta a Christo instituta, non tantum sunt notæ professionis Christianorum, sed certa quædam potius testimonia, et efficacia signa gratiæ atque bonæ in nos voluntatis Dei, per quæ invisibiliter ipse in nos operatur, nostramque fidem in se non solum excitat, verum etiam confirmat.

Duo a Christo Domino nostro in Evangelio instituta sunt Sacramenta: scilicet, Baptismus, et Cœna Domini.

Quinque illa vulgo nominata Sacramenta: scilicet, confirmatio, pœnitentia, ordo, matrimonium, et extrema unctio, pro Sacramentis Evangelicis habenda non sunt, ut quæ, partim a prava Apostolorum imitatione profluxerunt, partim vitæ status sunt in Scripturis quidem probati: sed sacramentorum eandem cum Baptismo et Cœna Domini rationem non habentes, ut quæ signum aliquod visibile, seu cæremoniam a Deo institutam, non habeant.

Sacramenta non in hoc instituta sunt a Christo ut spectarentur, aut circumferrentur, sed ut rite illis uteremur, et in his duntaxat qui digne percipiunt salutarem habent effectum: Qui vero indigne percipiunt, damnationem (ut inquit Paulus) sibi ipsis acquirunt.

Ministrorum malitia, non tollit efficaciam institutionum divinarum.

Quamvis in ecclesia visibili, bonis mali sint semper admixti, atque interdum ministerio verbi et sacramentorum administrationi præsint, tamen cum non suo sed Christi nomine agant, ejusque mandato et authoritate ministrent, illorum ministerio uti licet, cum in verbo Dei audiendo, tum in Sacramentis percipiendis : neque per illorum malitiam effectus institutorum Christi tollitur, aut gratia donorum Dei minuitur quoad eos qui fide et rite sibi oblata percipiunt, quæ propter institutionem Christi et promissionem efficacia sunt, licet per malos administrentur. Ad Ecclesiæ tamen disciplinam pertinet, ut in eos inquiratur accusenturque ab iis qui eorum flagitia noverint, atque tandem justo convicti judicio deponantur.

De Baptismo.

Baptismus, non est tantum signum professionis ac discriminis nota qua Christiani a non Christianis discernuntur, sed etiam est signum regenerationis, per quod, tanquam per instrumentum, recte Baptismum suscipientes Ecclesiæ inseruntur, promissiones de remissione peccatorum atque adoptione nostra in filios Dei per Spiritum Sanctum visibiliter obsignantur, fides confirmatur, et vi divinæ invocationis, gratia augetur. Mos Ecclesiæ baptizandi

XXVI. *De vi institutionum divinarum, quod eam non tollat malitia Ministrorum.*

Quamvis in Ecclesia visibili, bonis mali semper sunt admixti, atque interdum ministerio verbi et Sacramentorum administrationi præsint, tamen cum non suo sed Christi nomine agant, ejusque mandato et authoritate ministrent, illorum ministerio uti licet, cum in verbo Dei audiendo, tum in Sacramentis percipiendis. Neque per illorum malitiam, effectus institutorum Christi tollitur, aut gratia donorum Dei minuitur, quoad eos qui fide et rite sibi oblata percipiunt, quæ propter institutionem Christi et promissionem efficacia sunt, licet per malos administrentur.

Ad Ecclesiæ tamen disciplinam pertinet, ut in malos ministros inquiratur, accusenturque ab his qui eorum flagitia noverint, atque tandem justo convicti judicio deponantur.

XXVII. *De Baptismo.*

Baptismus non est tantum professionis signum ac discriminis nota, qua Christiani a non Christianis discernantur, sed etiam est signum regenerationis, per quod, tanquam per instrumentum, recte baptismum suscipientes Ecclesiæ inseruntur, promissiones de remissione peccatorum atque adoptione nostra in filios Dei per Spiritum sanctum visibiliter obsignantur, fides confirmatur, et vi divinæ invocationis gratia augetur.

parvulos et laudandus est, et omnino in Ecclesia retinendus.

De Cœna Domini.

Cœna Domini non est tantum signum mutuæ benevolentiæ Christianorum inter sese, verum potius est sacramentum nostræ per mortem Christi redemptionis. Atque adeo rite, digne et cum fide sumentibus, panis quem frangimus est communicatio corporis Christi: similiter poculum benedictionis, est communicatio sanguinis Christi.

Panis et vini transubstantiatio in Eucharistia, ex sacris literis probari non potest, sed apertis scripturæ verbis adversatur, et multarum superstitionum dedit occasionem.

Quum naturæ humanæ veritas requirat, ut unius ejusdemque hominis corpus in multis locis simul esse non posset, sed in uno aliquo et definito loco esse oporteat, idcirco Christi corpus in multis et diversis locis, eodem tempore, præsens esse non potest. Et quoniam, ut tradunt Sacræ literæ, Christus in cœlum fuit sublatus, et ibi usque ad finem seculi est permansurus, non debet quisquam fidelium carnis ejus et sanguinis Realem et Corporalem (ut loquuntur) præsentiam in Eucharistia vel credere vel profiteri.

Sacramentum Eucharistiæ ex institutione Christi non servabatur, circumferebatur, elevabatur, nec adorabatur.

Baptismus parvulorum omnino in Ecclesia retinendus est, ut qui cum Christi institutione optime congruat.

XXVIII. *De Cœna Domini.*

Cœna Domini non est tantum signum mutuæ benevolentiæ Christianorum inter sese, verum potius est Sacramentum nostræ per mortem Christi redemptionis.

Atque adeo, rite, digne, et cum fide sumentibus, panis quem frangimus est communicatio corporis Christi: similiter poculum benedictionis est communicatio sanguinis Christi.

Panis et vini transubstantiatio in Eucharistia ex sacris literis probari non potest. Sed apertis Scripturæ verbis adversatur, Sacramenti naturam evertit, et multarum superstitionum dedit occasionem.

Corpus Christi datur, accipitur, et manducatur in Cœna, tantum cœlesti et spirituali ratione. Medium autem quo corpus Christi accipitur, et manducatur in Cœna, fides est.

Sacramentum Eucharistiæ, ex institutione Christi non servabatur, circumferebatur, elevabatur, nec adorabatur.

De unica Christi oblatione in cruce perfecta.

Oblatio Christi semel facta, perfecta est redemptio, propitiatio et satisfactio pro omnibus peccatis totius mundi, tam originalibus quam actualibus: neque præter illam unicam est ulla alia pro peccatis expiatio. Unde Missarum sacrificia, quibus vulgo dicebatur sacerdotem offerre Christum in remissionem pœnæ aut culpæ pro vivis et defunctis, figmenta sunt, et pernitiosæ imposturæ.

Cœlibatus ex verbo Dei præcipitur nemini.

Episcopis, presbyteris et diaconis non est mandatum ut cœlibatum voveant: neque jure divino coguntur matrimonio abstinere.

XXIX. *De manducatione corporis Christi, et impios illud non manducare.*

Impii, et fide viva destituti, licet carnaliter et visibiliter (ut Augustinus loquitur) corporis et sanguinis Christi Sacramentum dentibus premant, nullo tamen modo Christi participes efficiuntur. Sed potius tantæ rei Sacramentum, seu Symbolum, ad judicium sibi manducant et bibunt.

XXX. *De utraque specie.*

Calix Domini laicis non est denegandus, utraque enim pars Dominici Sacramenti, ex Christi institutione et præcepto, omnibus Christianis ex æquo administrari debet.

XXXI. *De unica Christi oblatione in cruce perfecta.*

Oblatio Christi semel facta, perfecta est redemptio, propitiatio et satisfactio pro omnibus peccatis totius mundi, tam originalibus quam actualibus. Neque præter illam unicam, est ulla alia pro peccatis expiatio; unde missarum sacrificia, quibus vulgo dicebatur sacerdotem offerre Christum in remissionem pœnæ aut culpæ, pro vivis et defunctis, blasphema figmenta sunt, et perniciosæ imposturæ.

XXXII. *De Conjugio Sacerdotum.*

Episcopis, presbyteris, et diaconis nullo mandato divino præceptum est, ut aut cœlibatum vo-

Excommunicati vitandi sunt.

Qui per publicam Ecclesiæ denuntiationem rite ab unitate Ecclesiæ præcisus est et excommunicatus, is ab universa fidelium multitudine, donec per pœnitentiam publice reconciliatus fuerit, arbitrio judicis competentis, habendus est tanquam Ethnicus et Publicanus.

Traditiones Ecclesiasticæ.

Traditiones atque cæremonias easdem non omnino nessarium est esse ubique, aut prosus consimiles, nam et variæ semper fuerunt et mutari possunt pro Regionum et morum diversitate, modo nihil contra Dei verbum instituatur.

Traditiones et cæremonias ecclesiasticas, quæ cum verbo Dei non pugnant, et sunt authoritate publica institutæ atque probatæ, quisquis privato consilio volens et data opera publice violaverit, is ut qui peccat in publicum ordinem ecclesiæ, quique lædit autoritatem magistratus, et qui infirmorum fratrum conscientias vulnerat, publice, ut cæteri timeant, arguendus est.

veant, aut a matrimonio abstineant. Licet igitur etiam illis, ut cæteris omnibus Christianis, ubi hoc ad pietatem magis facere judicaverint, pro suo arbitratu matrimonium contrahere.

XXXIII. *De excommunicatis vitandis.*

Qui per publicam Ecclesiæ denunciationem rite ab unitate Ecclesiæ præcisus est et excommunicatus, is ab universa fidelium multitudine (donec per pœnitentiam publice reconciliatus fuerit arbitrio Judicis competentis) habendus est tanquam ethnicus et publicanus.

XXXIV. *De Traditionibus Ecclesiasticis.*

Traditiones atque cæremonias easdem non omnino necessarium est esse ubique, aut prorsus consimiles. Nam ut variæ semper fuerunt, et mutari possunt, pro regionum, temporum et morum diversitate, modo nihil contra verbum Dei instituatur.

Traditiones et cæremonias ecclesiasticas, quæ cum verbo Dei non pugnant, et sunt authoritate publica institutæ atque probatæ, quisquis privato consilio volens et data opera publice violaverit, is, ut qui peccat in publicum ordinem Ecclesiæ, quique lædit authoritatem Magistratus, et qui infirmorum fratrum conscientias vulnerat, publice, ut cæteri timeant, arguendus est.

Quælibet Ecclesia particularis, sive nationalis, authoritatem habet instituendi, mutandi, aut abrogandi cæremonias, aut ritus ecclesiasticos, humana tantum authoritate institutos, modo omnia ad ædificationem fiant.

Homiliæ.

Homiliæ nuper ecclesiæ Anglicanæ per injunctiones Regias traditæ atque commendatæ, piæ sunt atque salutares, doctrinamque ab omnibus amplectendam continent: quare populo diligenter, expedite, clareque recitandæ sunt.

XXXV. *De Homiliis.*

Tomus secundus Homiliarum, quarum singulos titulos huic articulo subjunximus, continet piam et salutarem doctrinam, et his temporibus necessariam, non minus quam prior Tomus Homiliarum, quæ editæ sunt tempore Edwardi sexti: Itaque eas in Ecclesiis per ministros diligenter, et clare, ut a populo intelligi possint, recitandas esse judicavimus.

De Nominibus Homiliarum.

Of the right use of the Church.
Against peril of Idolatry.
Of repairing and keeping clean of Churches.
Of good Works.
First, Of Fasting.
Against Gluttony and Drunkenness.
Against excess in Apparel.
Of Prayer.
Of the place and time of Prayer.
That common Prayers and Sacraments ought to be ministred in a known Tongue.
Of the reverent estimation of God's Word.
Of Alms-doing.
Of the Nativity of Christ.
Of the Passion of Christ.
Of the Resurrection of Christ.
Of the worthy receiving of the Sacrament of the Body and Blood of Christ.
Of the Gifts of the Holy Ghost.
Of the Rogation-days.
Of the State of Matrimony.
Of Repentance.
Against Idleness.
Against Rebellion.

XXXVI. *De Episcoporum et Ministrorum consecratione.*

Libellus de consecratione Archiepiscoporum, et Episcoporum, et de ordinatione Presbyterorum et

De libro Precationum et cæremoniarum Ecclesiæ Anglicanæ.

Liber qui nuperrime auctoritate Regis et Parliamenti Ecclesiæ Anglicanæ traditus est, continens modum et formam orandi, et sacramenta administrandi in ecclesia Anglicana; similiter et libellus eadem authoritate editus De ordinatione ministrorum ecclesiæ, quoad doctrinæ veritatem, pii sunt, et salutari doctrinæ evangelii in nullo repugnant, sed congruunt, et eandem non parum promovent et illustrant: atque ideo ab omnibus Ecclesiæ Anglicanæ fidelibus membris, et maxime a ministris verbi, cum omni promptitudine animorum et gratiarum actione, recipiendi, approbandi, et populo Dei commendandi sunt.

De Civilibus Magistratibus.

Rex Angliæ est supremum caput in terris post Christum ecclesiæ Anglicanæ et Hibernicæ.

Diaconorum, editus nuper temporibus Edwardi VI. et authoritate Parliamenti illis ipsis temporibus confirmatus, omnia ad ejusmodi consecrationem, et ordinationem necessaria continet; et nihil habet, quod ex se sit, aut superstitiosum, aut impium: itaque quicunque juxta ritus illius libri consecrati aut ordinati sunt, ab anno secundo prædicti regis Edwardi usque ad hoc tempus, aut in posterum juxta eosdem ritus consecrabuntur aut ordinabuntur, rite atque ordine, atque legitime statuimus esse, et fore consecratos et ordinatos.

XXXVII. *De Civilibus Magistratibus.*

Regia Majestas in hoc Angliæ regno, ac cæteris ejus dominiis, summam habet potestatem, ad quam

Romanus Pontifex nullam habet jurisdictionem in hoc regno Angliæ. Magistratus civilis est a Deo ordinatus atque probatus, quamobrem illi non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam obediendum est.

Leges civiles possunt christianos propter capitalia et gravia crimina morte punire.

Christianis licet ex mandato magistratus arma portare et justa bella administrare.

Christianorum bona non sunt communia.

Facultates et bona Christianorum non sunt communia, quoad jus et possessionem, ut quidam Anababtistæ falso jactant, debet tamen quisque de his quæ possidet, pro facultatum ratione, pauperibus eleemosynas benigne distribuere.

omnium statuum hujus regni, sive illi ecclesiastici sint, sive civiles, in omnibus causis, suprema gubernatio pertinet, et nulli externæ jurisdictioni est subjecta, nec esse debet.

Cum Regiæ Majestati summam gubernationem tribuimus, quibus titulis intelligimus animos quorundam calumniatorum offendi, non damus Regibus nostris aut verbi Dei aut Sacramentorum administrationem, quod etiam Injunctiones ab Elizabetha Regina nostra, nuper editæ, apertissime testantur. Sed eam tantum prærogativam, quam in sacris Scripturis a Deo ipso, omnibus piis Principibus, videmus semper fuisse attributam: hoc est, ut omnes status, atque ordines fidei suæ a Deo commissos, sive illi ecclesiastici sint, sive civiles, in officio contineant, et contumaces ac delinquentes gladio civili coerceant.

Romanus pontifex nullam habet jurisdictionem in hoc regno Angliæ.

Leges regni possunt Christianos propter capitalia et gravia crimina morte punire.

Christianis licet, ex mandato Magistratus, arma portare et justa bella administrare.

XXXVIII. *De illicita bonorum communicatione.*

Facultates et bona Christianorum non sunt communia, quoad jus et possessionem (ut quidam Anabaptistæ falso jactant) debet tamen quisque de his quæ possidet, pro facultatum ratione, pauperibus eleemosynas benigne distribuere.

Licet Christianis jurare.

QUEMADMODUM juramentum vanum et temerarum a Domino nostro Jesu Christo et ab apostolo ei Jacobo, Christianis hominibus interdictum esse fatemur, ita Christianam religionem minime prohibere censemus, quin jubente magistratu, in causa fidei et charitatis jurare liceat, modo id fiat juxta Prophetæ doctrinam, in Justitia, in Judicio, et Veritate.

Resurrectio mortuorum nondum est facta.

RESURRECTIO mortuorum non adhuc facta est, quasi tantum ad animum pertineat, qui per CHRISTI gratiam a morte peccatorum excitetur; sed extremo die quoad omnes qui obierunt, expectanda est: tunc enim vita defunctis (ut scripturæ manifestissime testantur) propria corpora, carnes et ossa restituentur, ut homo integer, prout vel recte vel perdite vixerit, juxta sua opera sive præmia sive pœnas reportet.

Defunctorum animæ neque cum corporibus intereunt, neque otiose dormiunt.

QUI animas defunctorum prædicant usque ad diem judicii absque omni sensu dormire; aut illas asserunt una cum corporibus mori, et extremo die cum illis excitandas; ab orthodoxa fide, quæ nobis in sacris litteris traditur, prorsus dissentiunt.

XXXIX. *De Jurejurando.*

Quemadmodum juramentum vanum et temerarium a Domino nostro Jesu Christo, et Apostolo ejus Jacobo, Christianis hominibus interdictum esse fatemur: ita Christianorum Religionem minime prohibere censemus, quin jubente magistratu in causa fidei et charitatis jurare liceat, modo id fiat juxta Prophetæ doctrinam, in justitia, in judicio, et veritate.

Millenarii.

Qui millenariorum fabulam revocare conantur, sacris litteris adversantur, et in Judaica deliramenta sese præcipitant.

Non omnes tandem servandi sunt.

Hi quoque damnatione digni sunt, qui conantur hodie perniciosam opinionem instaurare, quod omnes, quantumvis impii, servandi sunt tandem; cum definito tempore a justitia divina pœnas de admissis flagitiis luerunt.

Confirmatio Articulorum.

Hic liber antedictorum Articulorum jam denuo approbatus est, per assensum et consensum Serenissimæ Reginæ Elizabethæ Dominæ nostræ, Dei gratia Angliæ, Franciæ, et Hiberniæ Reginæ, defensoris fidei, &c. retinendus, et per totum regnum Angliæ exequendus. Qui Articuli et lecti sunt, et denuo confirmati, subscriptione D. Archiepiscopi et Episcoporum superioris domus, et totius Cleri inferioris domus, in Convocatione anno Domini, 1571.